



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno  
CCCCXXI.

**Parisiis, 1644**

Capvt V. Cyrilli episcopi Alexandriae oratio altera inscripta religiosissimis  
reginis, de recta fide.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15062**

Ex euangelio secundum Lucam.

Εκ τῆς κτ' Λουκᾶν διαβήγιου.

ANNA CHILDE 41

Luc. 18. v. 8.

**V**ERVMTAMEN *Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? Quando Christus e caelo olim est venturus, cuiusmodi, quaeso, fidem a nobis exiget? Si enim homo tantum nostri similis credi haberique vult, quis illi credere abnuat? Iudæi illi insultantes aiebant: Cur tu homo cum sis, facis teipsum Deum? Ethnici quoque crucem mortemque eiusdem audientes, id quod dicitur, tamquam de communi quopiam nostræ conditionis homine dictum accipiunt. Equalem ergo fidem depofcit? Illam ipsam nimirum, quam diuini illi præcones, qui & ministri & spectatores Verbi extiterunt, orbi annuntiarunt. Ioannes igitur ait: *Et Verbum caro factum est.* Factum est sane caro, sed hoc ita, vt Deus tamen esse non destiterit. Istiusmodi itaque est fides, quam ille suo tempore a nobis requireret.*

Ioan. c. 10. v. 33.

Luc. 1. v. 2.

Ioan. 1.

**Π**ΛΗΝ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν, ἄρα βίησιν πῶς πῖστιν ἐπιπίστῃς; ὅταν ὁ Χρῆστος εἴς οὐρανὸν ἀναβῆται, ποίαν ἄρα ζητήσῃς πῖστιν ἐν ἡμῖν; εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀνθρώπου καθ' ἡμᾶς βούλεται πιστεύεσθαι, τίς ὁ ἀπισήσας αὐτοῦ; ἐνὶ κἀλωῦ γὰρ Ἰουδαῖοι λέγοντες: διὰ τί σὺ ἀνθρώπου ὢν, ποιεῖς σεαυτοῦ θεόν; Ἕλληνας δὲ σαυρὸν ἀκούοντες καὶ θάνατον, ὡς περὶ ἀνθρώπου κοινοῦ διακρίνεται, καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐνός. ποίαν οὖν ἄρα πῖστιν ζητεῖ; ἢ δηλονότι πῶς ἐκκεκρυμμένῳ διὰ τῶν θεηρέων, οἱ καὶ ἀπόπῃ καὶ ὑπερέτα γέρονται τῶν λόγων; ἐφ' ἡμῶν Ἰωάννης, ὅτι ὁ λόγος σαρκὸς ἐγένετο. γέρονται ὅσαρξ μὲν τῶν μείναι θεός. αὐτὴ τοίνυν ἡ πῖστις ἐν ἡμῖν ὡς αὐτῆς ζητηθήσεται καὶ καμροῖς.

*Finis orationis primæ Cyrilli episcopi Alexandria, ad piissimas reginas missæ.*

Τέλος τῆς πρώτης λόγου προσφωνητικῆς ἀπὸ Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, πρὸς τὰς βίσεως βασιλικῆς.

CAPVT V.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε΄.

*Cyrilli episcopi Alexandria oratio altera inscripta religiosissimis reginis, de recta fide.*

Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας λόγος δεύτερος προσφωνητικὸς πρὸς τὰς βίσεως βασιλικῆς, περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως.

I.  
If. 40. v. 9.

**E**IS qui diuinum illud cælestique prædicandi munus administrant, vniuersorum Deus per Isaia prophætæ vocem eiusmodi oratione hæc præcipit: *Super montem excelsum ascende tu qui*

**Τ**ΟΙΣ τὸ θεῖον καὶ οὐράνιον ἱερουργεῖσι κήρυγμα, διὰ Φωνῆς Ἠσαΐου παρακαλεῖται λέγων ὁ τῶν ὀλων θεός. ἐπὶ ὄρει ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ διαβηλίζμε-

ANNO  
CHRISTI  
431.

εν Σιών ὑψωσον τῆ ἰαυὶ πλω Φω  
 νλω του ο διαπελιζομεν Ιερουσα  
 λημ ὑψωσατε μη φοβεισθε χελωα  
 ρη ερωγε φημι εδν τεπαρμενοις εις  
 ιερουρζιαν , και το τε παντων ημω  
 σωτηρ Χριστο λαλωυτας μωση  
 ελον ουκαπερριμμενον εχον η χα  
 μαρριφες το φρονημα , η οκνω νι  
 κωμερον , η δελιας σωεσα λωμενον  
 δλλι ὑψοδ μηδ ωσπερ δι βεθηκοτα  
 τουου , η οιοει πως εν ορει κειμε  
 νον , ουτω τε τω της δληθειας δογμα  
 των το εχαιρετον καιλος πελαδρειν  
 αουδαζοντα , ποιεισται η και εδν λο  
 ροις εν παρρησια , και εν εινες εινε  
 μωσαζωρομενοι σκληροι η δυσα  
 ζωροι , και οιον ιπποιοι ενες αγεροχοι  
 η εχελωιοι , περ αν που η αυτος φη  
 σιν ο μακαριος Δαυιδ περς του  
 ολων θεον εν χαλιω και εν κημω  
 τας σαζονας αυτην αγγελιας , η μη ετ  
 γιζοντων περς σε . ει η η ποις ουτως  
 εχρσι φρενος περσθαλλην αιατ  
 καιον , πως εν δη χηροιο τ αγαρ σφα  
 λεροτατων το ελεδται σηλω , η μη  
 τως ωσεβεισιν ημω ακοαης ενιεναι  
 πλειστακις καδαπερ τε ναμα γλυκυ  
 και ζωοποιον τω ιερων γραμματων  
 πλω γνωσιν , οπερ ημιν και παλαι θεος  
 υπαρχειτο , λεγων δια Φωνης Ησαϊα  
 και αντλησατε ὑδωρ μετ διφρο  
 σωνης εν τω πηγων της σωτηλειου .  
 σωτηλειου η πηγας εη Φαιδρ εδν α  
 γιοις περσφητας , διαπελιζας τε και  
 αποσολαις , δι ανωδεν η ε ουρα  
 νοδ η σωτηλειον τω κοσμω βρυοισι  
 λορον , χρηρωυτος αυτοις της αγιου  
 πνυματος , απισαν τε ουτω κατδι  
 φραινοισι η ὑπο ερανον . Φερε ποινω  
 εις τα βαση η περ αυτ εννοιων και δι

euangelizas Sion; exalta in fortitu  
 dine uocem tuam qui euangelizas  
 Ierusalem : exaltate, nolite time  
 re. Etenim qui in sacerdotum or  
 dinem adsciti , eam fortiti sunt  
 prouinciam, ut Christi omnium  
 nostrum saluatoris mysteria edif  
 ferant, populoque proponant, illi  
 sensum nequaquam abiectum,  
 humive repentem, aut ignauia vi  
 ctum, aut metu fractum obtinere  
 debent; sed sublime velut ince  
 dentem, & quasi in monte collo  
 catum: quo nimirum ad eum mo  
 dum comparati, eximiam illam  
 verorum dogmatum uenustatem  
 rimari ac introspicere, uerbaque  
 intrepide facere valeant; quan  
 tumuis ex iis qui sacris informan  
 tur, nonnulli instar equorum in  
 solentium, qui infrenari non pos  
 sunt, duros & intractabiles se præ  
 beant. de quibus beatus David  
 summum illum rerum omnium  
 opificem interpellans, ita scribit:  
*In came & freno maxillas eorum* Ps. 31. v. 9.  
*constringe, qui non approximant ad*  
*te. Quod si tali animo præditis ni*  
*hilominus vim inferre oportet;*  
*quomodo absurdum non fuerit*  
*apud vos silere, piisque uestris au*  
*ribus sacrarum literarū notitiam,*  
*ueluti dulcem quemdam uiuifi*  
*cumque laticem nolle subinde in*  
*stillare? Quod quidem Deus per*  
*Isaïæ prophetæ uocem quondam*  
*locutus, eiusmodi uerbis nobis*  
*promittit: Haurietis, inquit, cum* Isa. 12. v. 3.  
*gaudio aquas de fontibus salutaris.*  
 Salutaris autem fontes appella  
 mus sanctos prophetas, euange  
 listas, & apostolos. hi enim salu  
 tari calitusque hausta doctrina  
 mundum hunc irrigant, Spiritu  
 sancto imbuti, totumque hunc  
 orbem latificant. In eius proinde  
 profunda sensa mentis oculos

coniciantes, veritatis inuentionem inde hauriamus. Quemadmodum ergo agricolæ fragrantissimos quosq; flores opportuno tempore ex agris decerpunt, decerptosque ac scite in calathis compositos dominis suis offerunt; quos illi mox beneuole, gratoq; animo complectuntur, eorumdemque decore ac venustate mirifice afficiuntur: ita nos, qui docendi munus suscepimus, ex diuina scriptura veluti ex agro quopiam non florum cito marcescentium decorem offerimus, sed sermonum doctrinaeque, quæ per Spiritum sanctum pietatis in Christum immarcescibilem venustatem continet, magnaue suauitate & vbertate illius mysterium redolet, fragrantiam. Scriptum est enim, quod Christi bonus odor sumus Deo.

2. Cor. 2. v. 15

έντες  $\textcircled{\text{C}}$  νοῦ, τῆς ἀληθείας τῶν ἄρεων ἐκείδεν ἀπλήρωτον. γηπνοί μὲν οὖν ὅξ ἀρεῶν τὰ βόσκητάτα τῶν ἀϊθέων κτ' καιροῖς δόποκαίραντες, εἶτα τῶν ταλάροις ἐνδύντες δόποφέροισι τοῖς δεσπόταις.  $\textcircled{\text{C}}$  δὲ καὶ λίαν ἀσμένως παροσίνταί τε, καὶ τοῖς ὅξ ἄρεων ἐπιτηννωται ἡμεῖς δὲ, ὅσοι τὸ διδασκαλικὸν ἔχουμεν ἐπιτηδύμα, κατὰ τῆς ἀρεῶς τῆς θεοπνεύτου γραφῆς, ἐκ βιμάρητον δέου παροσομίζουμεν ἀϊθέων, λόγοις δὲ μάλλ  $\textcircled{\text{C}}$  καὶ μυσταγωγίαν τῶν διὰ τῆς πνεύματος, ἀμάρητων ἔχουσαν τῆς εἰς Χριστὸν βίσεβείας τὸ κάλλος, βίωδιάζουσαν τε καὶ μάλα πλουσίως τὸ αὐτὸ μυστήριον. γέγραπται γάρ, ὅτι Χριστὸς βίωδία ἐσμὲν τῷ θεῷ.

ANNO CHRISTI 431.

11.

En ergo reginae pietatis amantissimæ, librum quem de recta & inculpabili in Dominum nostrum Iesum Christum fide, qualis vestra esse debet, conscripsi, vobis offero. Decet enim vos sanctimoniam & pietati apprime addictas, vna cum summo regni fastigio, caritatis quoque quæ est in Christum, corona redimiri. Hæc enim venerandis vestris verticibus iam aptata est, & vniuersorum Dominus gloria nunquam peritura vos condecorat. Attamen quo magis etiam condecoremur, Christi mysterium exacta & nequaquam adulterata notitia percipientes, oratiunculam composui, in qua illud vsquequaque planum facio, quod sicut vnus est  $\textcircled{\text{C}}$  ἓν τε καὶ ἀκιδήλυτον γνώσιν ἐχούσας εἰς νοῦν, συντέθεικα τὸ λόγιον, διὰ πάσης ἐννοίας κατὰ δόξαν, ὅτι ὡσπερ ὅστις εἰς θεὸς ὁ πατήρ,

1. Cor. 8. v. 6.

β'. Πρόσμημι δὴ οὖν ἀναυδαῖς  $\textcircled{\text{C}}$  λόγον ὑμῖν ταῖς βίσεβείαις βασιλείας. πεποιήται δὲ μοι πῶς τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίσεως, ἡπὲρ αὐτὸ γένοιτο παρ' ὑμῶν εἰς  $\textcircled{\text{C}}$  κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν. πρέπει γὰρ ὑμῖν δὴ μάλιστα ταῖς οὕτως ὁσίαις καὶ θεοφιλεστάταις, ὁμοδ τοῖς τῆς βασιλείας ὑπὲρ πάντοις ἀρχήμασι, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης  $\textcircled{\text{C}}$  σέφλου ἀναδήσαται. ἡδη μὲν οὖν ταῖς αἰοδίμοις ὑμῶν ἐφήρμοσαι καρυφαῖς, καὶ ἀτελευτήτοις ὑμας βικλείαις ὅ τῶν ὀλων κατὰ φανδρυνεῖ θεός. ὑπὲρ γου τῆ καὶ ἐπ μείζονως κατὰ λαμπρυνέσται, τὸ κτ' Χριστὸν μυστηρίου τῶν ἀκεί  $\textcircled{\text{C}}$

τήρ,

ANNO  
 CHRISTI  
 431.

πῆρ, ἧς οὐ τὰ πάντα οὕτω καὶ εἰς κύ-  
 ελος Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ τὰ πᾶν-  
 τα ἐκ δὲ δὴ πῶ πάντως καὶ τὸ πνεύ-  
 μα τὸ ἅγιον. καὶ τῆς εἰς δύο μετε-  
 ζόντων υἱοῦ ἑνὸς Χριστοῦ καὶ υἱὸν  
 καὶ κύριον, ὁρῶντα φρονεῖν ἐγνωκό-  
 τες ἐκ ἀνέξοιμα. οὐ γὰρ ἕτερον ἑῷ  
 φαιδρὸν υἱὸν τὸ πᾶν πάντος αἰῶ-  
 νος γεννημένον ἐκ τῆς οὐσίας τῆς  
 θεοῦ καὶ πατρὸς, ἕτερον δὲ τὸ ἐκ  
 ἐξ ἁποῦ καὶ υἱὸν ἑνὸς ἑνὸς ἐκ γυναι-  
 κὸς, γεννημένον ὑπὸ νόμον· ἀλλ' ἕνα  
 καὶ τὸ αὐτὸ καὶ πᾶν τῆς πᾶν σαρκὸς  
 καὶ σαυόδου καὶ ἐνώσεως ἀληθοῦς, καὶ  
 μὴ τῆς ἐπὶ ὁ γὰρ ἐκ θεοῦ πατρὸς καὶ  
 φύσιν υἱὸς, ἐμψυχόν τε καὶ ἐννοῶν  
 ἑαυτῷ σῶμα λαβῶν, γεννηνται σαρ-  
 κικῶς διὰ τῆς ἀγίας πνεύματος καὶ  
 θεοτόκου Μαρίας, καὶ ἐκ εἰς σαρκὶ  
 τραπέις μὴ γυνοῖτο· πᾶν σαρκὸς  
 δὲ μᾶλλον αὐτῶν, καὶ τῆς ἑῷ θεοῦ ἐκ  
 ἡμεληκῶς. μεμνήκε γὰρ καὶ οὕτω  
 τῆς ὅλων δεσποτίας.

*Pater, ex quo omnia: ita unum quo-  
 que esse Dominum nostrum Iesum  
 Christum, per quem omnia: vnus  
 omnino est Spiritus sanctus, in  
 quo omnia. Qui autem vnum  
 Christum & Dominum & Fi-  
 lium in duos filios diuellunt, nos  
 recte sapere edocti, illos neutiquā  
 sustinebimus. Non enim alium ef-  
 se dicimus Filium eum, qui ante  
 omnia sæcula ex Dei Patris sub-  
 stantia genitus est, & alium rur-  
 sum, qui nouissimis temporibus  
 ex muliere natus, & legi obno-  
 xius factus est: sed vnum eumde-  
 que tam ante veram illam Verbi  
 cum humana carne coniunctio-  
 nem, quam post eandem: quan-  
 doquidem Filius, qui naturaliter  
 ex Deo Patre procedit, corpore  
 animato, & mente perfecto, ex  
 Deipara virgine Maria assumpto,  
 natus est secundum carnem, nul-  
 lo autem modo versus est in car-  
 nem: absit. Siquidem illam ita as-  
 sumpsit, vt diuinitatem suam nul-  
 la ex parte laferit. mansit nam-  
 que & hoc quoque modo vniuerforum Dominus.*

γ.

III.

Ταῦτα φρονεῖν δεδιδάχμεθα.  
 ὁμοίως γὰρ ἡμᾶς παραγγέλμασιν  
 τῆς ἀγίας ἀποκομιζοῦσι λόγοι  
 πᾶν γὰρ τὸ χεῖναι φιλοθερεῖν τὸ  
 τοῖς ἱεροῖς γραμμασιν ὅτι μάλιστα  
 δοκῶν, καὶ πᾶν ἐκ τοῖς θεοῖς δό-  
 γμασιν ἀληθῶς καταπέπειδα·  
 λεπτόν ἐνέιντες τοῖς πᾶν Χριστοῦ λα-  
 λουμένοις τῷ νοῦν, καὶ διανοῶντες  
 μὴ λογισμοῖς, καὶ πᾶν ἕνα  
 ἐπαρόμηνον καὶ τῆς γνώσεως τῆς  
 θεοῦ, καὶ ἀχμαλωπίζοντες πᾶν νό-  
 μα εἰς πᾶν ἕνα αὐτῶν. ἐχον-  
 τῶν γὰρ ἁρετόν, καὶ ὁμολογοῦ-  
 μένου πᾶν πᾶσιν, ὅτι καὶ ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τῆς θεοῦ καὶ πατρὸς  
*Concil. Tom. 5.*

Et hæc quidem sentire edocti  
 sumus. Quoniam sanctorum Pa-  
 trum sermones, eorundemque  
 sanctiones sapienter admonent,  
 vt magno studio diligenterque  
 obseruemus, quid diuinæ scriptu-  
 ræ quam maxime consentaneum  
 sit, subtilique sensu ad ea quæ de  
 Christo exposita sunt, adhibito,  
 veritatem diuinorum dogmatū  
 contemblemur, *consilia euerten-*  
*tes, & omnem altitudinem extollen-*  
*tem se aduersus cognitionem Dei; &*  
*captiuantes omnem intellectum in*  
*obedientiam eius. Cum enim con-*  
*gruenter vno consensu fatean-*  
*tur omnes, naturale Dei Patris*

Gg

Phil. 2. v. 6.

Verbum, quod in eiusdem Dei forma & æqualitate existit, non rapinam arbitratum esse se æqualem Deo; sed forma serui accepta semetipsum exinaniuisse, ac in similitudinem hominum factum, in humanoque habitu inuentum se humiliasse, ac ad mortem tandem vsque obediens factum crucis mortem subiisse. Necessariū plane est eum qui eorum vim, quæ de Christo scripta extāt, recte diiudicare vult, peccatus optimis sententiis instructum habere; vt percipere valeat, quomodo Deus simul & homo idem ipse Christus existat, & Deus esse sine vlla alteratione aut mutatione perseveret (immutabilis enim est Verbi natura) & exinanitionis humilitatem non respuat. neque enim qui dispensatoria ratione voluntariam nostri causa humiliationem sustinuit, de suis consiliis erubescit. Oportet itaque illum & diuinitatis maiestate conspicuum videri, & a nostræ rursus humilitatis conditione, propter assumptam humanitatem, non prorsus alienum esse arbitrari. hoc enim dispensationis ratio postulat. Si enim Deus Verbum factum est caro, hoc est homo,

Al. 2. v. 17. ex loc. 2.

iuxta illud: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem*; neminem iure turbare debet, si qua nonnunquam humilia, qualia homines decent, diuinæ literæ de illo prodant. Spectet autem potius caelestem illius gloriam & maiestatem ex diuina supremaque eiusdem virtute & excellentia.

IV.

Igitur quæ simpliciorum animos præ ceteris turbare posse videntur, perspicuitate quanta fieri poterit maxima vsus, ea pro vi-

ὁ ὡς ἄρα ὁ δὲ αὐτὸς καὶ φύσιν λόγος, οὐχ ἄρπαγματὸν ἠγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ· ἀλλ' ἐαυτὸν ἐκένωσε, μορφῆν δούλου λαβών, ἐν ὁμοιωμάτι δούλων ἡμοιωθεὶς, καὶ ἡμίματι δουλεύσας ὡς ἀνθρώπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, ἡγόμωτος καὶ ἠόκητος θανάτου, θανάτου ἢ σταυροῦ. πᾶσα πρὸς ἀνάληψιν θεοφιλῶς Ἰπποκρίτης Ἰπποκρίτης ἐχρὴν τὸ νοῦν, ὡς ἂν ἡγορευτο σκοπὸς διακρίσειν ἐν μαλακίᾳ περὶ αὐτῶν γεγραμμένων πλὴν διώματι, ἵνα ἐν ταυτῷ θεὸς τε ὁμοῦ καὶ ἀνθρώπος ὁ αὐτὸς ὑπάρχων Ἰπποκρίτης ὡς ἂν θεὸς ἀπαρρητοῦτως ἔχων ἀπερὶ τὸ ἡ τῆς λόγου φύσιν καὶ τὸ τῆς κενώσεως μέτρον οὐ ὡραίου μῆτρον. ἐπερυδρία ἡ οὐδαμῶς τοῖς ἰδοῖσι σπέμμασιν ὁ κενώσας πλὴν ἐδελοῦσι οἰκονομικῶς δι' ἡμᾶς ὑπομείνας. διὲ ἴσιν αὐτῶν καὶ τοῖς τῆς θεότητος ἀξιώμασιν ὁρθῶς διαπερῆναι καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς σμικροπρεπείας ἐκ εἰς ἅπαν ἀπυλαγμένῳ διὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἀπυπούσης τῆς οἰκονομίας. εἰ γὰρ θεὸς ἂν ὁ λόγος γέγονε σαρκῶς, τοῦτ' ἐστιν ἀνθρώπος, κατὰ γὰρ τὸ ἐκ χειρὸς ἁπὸ τῆς πνεύματός μου ἵππ πᾶσαν σαρκῶς δουρβείτω μηδένα, καὶ ἐν λέγειν τὸ ἡ περὶ αὐτῶν παρὰ τῆς θεοπνεύσου γραφῆς, τ' ὅσα ὅστιν ἀνθρώποπρεπῆ. ὡς λαθρεῖτω δὲ μάλλ' αὐτῶν τ' ὑπερκόσμιον δόξαν ἐκ διωμέως καὶ ὑπεροχῆς τῆς θεοπρεπῆ καὶ διωτάτω.

δ'.

A ἡ ἡ μάλλιστα ὡραλῶν εἰκός τ' ἡ ἀπλουτέρον διωμάς νοῦν, πᾶν τε δὴ κατὰ γὰρ ἐγχωροῦ, καὶ ὡς

Anno  
Christi  
431.

ἐνὶ καιρῷ, διαβουῶν πειρασμοῖς, ἡμεῖς ἐκείνῳ ῥητῶν τῶν ἀποστόλων  
λύσιν εἰς διασάφειν, θεοῦ πάλιν ἡ-  
μῶν κατέβητωντος ἐν τῷ εἰς τὸ πέλ-  
σον. διδῶσι γὰρ ῥήματα τοῖς διατελιζο-  
μένοις διωκόμενῶν πολλῶν, καὶ ἀφῆσιν ὁ  
παῖσι μελωδός. ἐν μὲν οὖν τῷ  
λόγῳ τῶν πατρῶν ἡμεῖς γερονόποι πατρῶν  
ταῖς ἀγίας παρθένοις, τῶν ἐπιμοτέρον  
ῥητῶν, ἐν οὐδὲν ἐχόντων τὸ δυσχερές εἰς  
κατέληξιν, πλείω ὅσῳ πεποιή-  
μεθα τῶν ἀδελφῶν ἐν δέ γε τῷ πατρῶν  
καὶ μὲν ἡμεῖς ἀσφατέρον πεποιήμε-  
θα μὴ μὲν. ἔδει γὰρ, ἔδει τὸ θεοφιλές  
ἡμεῖς κράτος ἐν ταῦτα εἰδέναι, καὶ κεί-  
να μὴ ἀνοεῖν, ὡς ἀνὴρ ἀμφοῖν τὸ  
δρεπῶς ἔχον εἰς γῶσιν, καὶ ἀπὸρ ἢ  
φῶς, ταῖς διαγασάταις ἡμεῖς εἰσοικί-  
ζοιτο διανοίας. σκοπὸς δὲ μοι τὰ ἐφ'  
ἐκείνῳ διεμύθου βραχυλογεῖν  
ὡς οἷόν τε παρὰ τὰς ἄλλων  
ὁ πατὴρ τῆς κενώσεως λόγος. ἰστέον δ' οὐδὲν  
ὁμῶς ἐκείνο. ὅταν γὰρ ἡμῶν ὀνομάζου-  
ται Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκείνου πατρῶν  
καὶ σεσαρκωμένου πατρῶν καὶ νοεῖν  
ἐκ θεοῦ πατρῶν λόγον.

εἰ.

Θέλω γὰρ ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι πᾶν τὸς  
ἀνδρὸς κεφαλὴ ὁ Χριστὸς ὅστις κεφα-  
λὴ ἡ ἐκκλησία, ὁ ἀνὴρ κεφαλὴ ἡ τῆς  
ἐκκλησίας, ὁ θεός, ὁ πατὴρ ἀνδρῶν  
ἐκ γῆς γαῖκός, πῶς ἐστὶν Ἀδάμ· ὁ δὲ  
πῶς ἐξ οὐρανοῦ, δηλονότι ὅτι ὁ Χριστός.  
ἀλλ' ὡς παρὰ ἑφορέσαι μὲν τῆς εἰκόνα τῆς  
χοϊκῆς, φορέσαι μὲν καὶ τῆς εἰκόνα τῆς  
ἐπουρανοῦ καὶ τὸ γεγραμμένον.]  
ἐκ οὗ πατρῶν γερονόποι ἡμῶν κεφαλὴ  
τῶν γῶσιν, πῶς ἐστὶν δρεπῶς, ὁ ἐκ γῆς τε  
καὶ χοϊκός. ἔπειτα ἡ δὲ πατρῶν Ἀδάμ  
κατανομάσαι Χριστὸς, κεφαλὴ

Concil. Tom. 5.

ribus explanare conabor, maioris  
lucis causa idonea solutione vni-  
cuique sententiae apposita; Deo  
rursus viam nostram in hoc etiam  
curriculo moderante. *Dat enim*  
*ille verbum euangelizantibus vir-*  
*tute multa, quemadmodum diui-*  
*nus Psalter canit.* Porro autem in  
eo commentario, quem ad sacras  
virgines exarauimus, illa abunde  
edifferuimus, quae magis obuia,  
intellectuque faciliora videban-  
tur: in hoc praesenti vero in ob-  
scuriorum explicatione versabi-  
mur. Par est enim, ut religiosa ve-  
stra maiestas & haec sciat, & illa  
quoque non ignoret; quo per v-  
traque perfecta cognitio veluti  
lumen quoddam sanctissimis ve-  
stris mentibus inhabitet. Propo-  
situm est autem ita singula inter-  
pretari, ut summam ubique bre-  
uitatem consecremur. Ceterum  
disputationis huius exordium ab  
iis praecipue, quae ad Verbi exi-  
nitionem pertinent, facere lubet;  
vno hoc interim praemisso, cum  
Iesus Christus nominatur, non  
alium quam Dei Patris Verbum  
incarnatum, hominemve factum,  
eo nomine designari.

V.

*Volo autem vos scire, quod omnis*  
*viri caput, Christus est; caput au-*  
*tem mulieris, vir; caput vero Chri-*  
*sti, Deus. Primus homo, hoc est A-*  
*dam, de terra terrenus; secundus,*  
*hoc est Christus, de caelo celestis.*  
*Igitur sicut portavimus imaginem*  
*terreni, portemus et imaginem ce-*  
*lestis, sicut scriptum est.* Primum  
igitur generis nostri caput, hoc  
est primordium, Adam, de terra  
terrenus erat: quoniam vero  
Christus secundi Adami cogno-  
mentum fortitus est, eorum ca-  
put, hoc est principium, qui san-

Gg ij

ANNO CHRISTI 435.

etificationis spiritu ad incorruptionem secundum illius imaginem per ipsum reformantur, constitutus est. Est itaque nostrum ille principium, hoc est caput, quatenus homo apparuit : habet nihilominus & ipse quoque caput, ut natura Deus est, nempe caelestem Patrem. ex eo namque Verbum Deus existens, naturaliter genitum est. Quod autem idem sit caput, quod initium, vel vnum hoc fluctuantium animos hic sedare queat, quod vir mulieris caput esse perhibeatur. ex eo enim sumpta est illa. Vnus itaque est Christus & Filius & Dominus: qui quidem ut natura Deus, caput habet Patrem qui est in caelis: factus est autem nobis caput propter assumptionem carnis cognationem.

πέδηται, τουτέστιν δεχθῆναι τῆς δι' αὐτῶν πρὸς αὐτὸ ἀναμορφουμένων εἰς ἀφθαρσίαν δι' ἁγιασμοῦ ἐν πνεύματι. ἐκουῶν αὐτὸς μὲν ἡμῶν δεχθῆναι, τουτέστι κεφαλὴν, καὶ δι' ἐφ' ἣν ἀναδραμεν ἀνθρώπων. ἔχει γὰρ μὲν κεφαλῶν αὐτὸς, ὡς φύσις θεός, ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα. γελῶνται γὰρ ἔξ' αὐτῶν καὶ φύσιν θεοῦ ὧν ὁ λόγος. ὅτι δὲ ἡ κεφαλὴ σημαίνει τὴν δεχθῆναι, ἐμπεδοῖ τὴν ἀλήθειαν τῆς ἐκδοιαζόντων τοῦ νοῦ τοῦ κεφαλῶν λέγειται ἀνδρα τῆς ζωακός ἐλήφθη γὰρ ἔξ' αὐτῶν. εἰς ἅρα Χριστός καὶ υἱός καὶ κύριος, ὁ κεφαλῶν ἔχων ὡς θεός καὶ φύσιν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα, γελῶν δὲ ἡμῶν κεφαλὴν διὰ τοῦ καὶ σαρκὰ συζημῆς.

V I.

1. Cor. c. 8. v. 9.

Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi; quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues, ut illius inopia vos diuites essetis. Obserua hic clare & diuinæ immortalisque naturæ eminentiam, & humilem rursus humanæ naturæ conditionem, ac præterea vtriusque vnitionem; eo quod vnigenitus vltro ad hanc sese demisit. Quoniam ut diuinitatis opes omnem orationis vim & copiam longe superant; ita humana natura admodum inops & egena est; quippe cui omnia, quidquid tandem in bonis habet, cælitus a Deo impensa sint; & ante omnia illud esse ipsum, quo existit. nam cum aliquando non esset, ad existentiam a Deo euocata est. Qui ergo diues erat ut Deus, is sponte egenus, nostrique similis factus est, quo humana natura in illo, ad excellentiæ diuinæ

Γινώσκετε γὰρ τὴν χάριν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι δι' ὑμῶν ἐπώχλυσε, πλούσιος ὢν, ἵνα ὑμεῖς τῆς ἐκείνου πτωχείᾳ πλησθῆτε. ἀδρᾶ δὲ μοι καὶ μάλα σαφῶς ἐν γὰρ του τοιοῦτο καὶ τῆς θείας καὶ ἀκηρατου φύσεως ἢ ὑπεροχῆς, καὶ τῆς δι' ἀνθρώπων μέτρων τὸ ὑπερῷον, καὶ πρὸς ἐκείνους τὸ ἀμφοῖν εἰς ἐνόητα σύμβασιν, ἐαυτὸν κατέντος εἰς τὸ πτωχὸν μονοχρῶν. οὐδεὶς γὰρ λόγος διερμηνεύσεν δὴ τὸ τῆς θεότητος πλοῦτον πτωχὸν ἢ λίσαν ἢ ἀνθρώπων, ἢ πάντῃ ὅτι θεός ἐστι καὶ δώσαν, ἔαυτὸ δὲ πρὸ πάντων τὸ ἐξ' ἐκείνου γὰρ παρὰ τοῦ θεοῦ πρὸς ὑμᾶς ἐκ οὐσα ποτὶ. ἀλλ' ὁ πλούσιος ὡς θεός, ἐδελοντὶς ἐπώχλυσε, καὶ γέρονε καθ' ἡμᾶς, ἵνα λοιπὸν ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν τοῖς τῆς θείας ὑπεροχῆς ὑψώμασιν ἐν Χριστῷ.



ANNO  
 CHRISTI  
 431.

ἡγομένη, ἣ τῆς πτωχείας ἀγχοῦ δόπο-  
 σκευάζοιτο. [σωτήρα ἡμῶν ὁ  
 θεὸς καὶ πατὴρ ἐν Χριστῷ, καὶ σωτε-  
 ρησέν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, καὶ δὲ  
 γέγραπται.] ἄλλ' ἐκ αὐτῶν γεγονάμενον  
 ἐν πούτοις, εἰ μὴ τίτῳ πτωχούουσαν  
 ἡμπεράτο φύσιν ὁ πλούσιος ὡς θεός.  
 οὐ γὰρ που πτωχούουσαν αὐτὸν ὁ καὶ  
 φύσιν ἰδίαν πτωχούουσαν ἀνθρώπου.  
 πατρὶ δ' αὐτῶν τῶν προπεδέσθη ὁ  
 πλούσιος ἀληθῶς, τοῦτέστι ὁ ἐκ  
 θεοῦ πατρὸς λόγος, ὅτε γέγονε καθ'  
 ἡμῶν. εἰς οὗτ' ἀρα ὅτι καὶ Χριστὸς  
 καὶ υἱός.

ζ.

Χριστὸς ἡμῶν ἔζηρόεσεν ἐκ τῆς  
 καπρίας τῆ νόμου, ἡγομένη ὑ-  
 πὲρ ἡμῶν κατ' ἄρα. γέγραπται γὰρ  
 Ἰησοῦς ἔρατο παρ' ὁ κρεμάμενον  
 ἐπὶ ξύλου.] τῆ νομοκοδ' γραμμα-  
 τῶν ἐπαρῶν δόποφάινοντο ἐν  
 ἐν παραβάσει καὶ ἀμάρτια· ὁ μὴ εἰ-  
 δὼς ἀμάρτια, τοῦτέστι Χριστὸς, ὑπο-  
 ειλέετο τῆ δίκη, ἡφ' ἧς ἀδικον  
 ὑπομείνας, καὶ τὰ τοῖς ἐν δόξα πρέ-  
 ποντα πατρῶν, ἵνα ὁ τῶν ὅλων ἀντά-  
 ξισ ὑπὲρ πάντων δόποθανῶν, τῆς  
 ἀπάντων ἀπειθείας λύσει τὰ ἐκλή-  
 ματα, καὶ ἀρροήσῃ τίτῳ ὑπο-  
 ραυτὸν ἀμαρτιῶν ἰδίων. ἐκ αὐτῶν οὗτ'  
 γέγονεν εἰς ἀπάντων ἀντάξισ, ἐ-  
 πὶ τῷ ἀνθρώπου ἀπλῶς. εἰ δὲ  
 δὴ νοοῖτο θεὸς εὐλωθερητικῶς, καὶ  
 σαρκὶ τῆ ἰδία πατρῶν, ὀλίγη πρὸς  
 αὐτῶν ἡ σύμπεσα κτίσις, καὶ δόπο-  
 ρη πρὸς λύξιν τῆς ὑπο-  
 νόμῳ ὁ μᾶλλον σαρκὸς δανάτου ἰδία  
 γὰρ τῷ τῶν ἐκ θεοῦ πατρὸς φῶντος  
 λόγου.

fastigium euecta, paupertatis con-  
 fusionem exueret. *Conresuscita-*  
*uit enim, & cōsedere nos fecit Deus*  
*Pater in caelestibus in Christo Iesu,*  
*ut scriptum est. Atqui nequaquam*  
*huc euecti essemus, nisi diues ut*  
*Deus, pauperem atque inopem*  
*nostram naturam induisset. Ne-*  
*que enim homo cum suapte natu-*  
*ra pauper sit, inops fieri recte di-*  
*citur: hoc autem illi conuenien-*  
*ter vsu venisse asseritur, qui citra*  
*omnem controuersiam diues est,*  
*hoc est Dei Patris Verbum, post-*  
*eaquam homo nostri similis fa-*  
*ctum est. Vnus itaque est Chri-*  
*stus & Filius.*

VII.

*Christus nos redemit de maledi-*  
*cto legis, factus pro nobis maledi-*  
*ctum: quia scriptum est: Maledi-*  
*ctus omnis qui pendet in ligno. Lex*  
*eos maledictioni obnoxios decer-*  
*nebat, qui in peccatum aut pra-*  
*uaricationem incurrisent. At ve-*  
*ro peccati nescius, hoc est Chri-*  
*stus, iniqua sententia in se exce-*  
*pta, crucis supplicium subiit, eaq;*  
*pertulit, quæ maledicto obstrictis*  
*iure debebantur; ut qui vniuer-*  
*forum precium exæquabat, vni-*  
*uerforum causa mortem perpess-*  
*us, vniuersos ab inobedientiæ*  
*crimine exolueret, & orbem vni-*  
*uersum suo sanguine redimeret.*  
*Ceterum precium pro vniuerso-*  
*rum peccatis vnus nequaquam*  
*perfoluisset, si purus homo tan-*  
*tum extitisset. Quod si ut Deus*  
*incarnatus, propriaque in carne*  
*mortem perpessus mente concipi-*  
*atur, vniuersa creatura modi-*  
*cum quid erit ipsi comparata; at-*  
*que adeo ad humani generis libe-*  
*rationem vnus carnis mors abun-*  
*de sat fuerit. propria enim erat*  
*Verbi, quod ex Deo natum est.*

Gg iij

VIII.

Η.

ANNO CHRISTI 431.

Hebr. 1. v. 9.

Eum autem qui modico quam angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum; ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Diuinus Paulus hæc rursus de Christo omnium nostrum Saluatore

Hebr. 1. v. 6.

commemoratur: Cum primogenitum, ait, introducit in orbem terra, dicit: Et adorent eum omnes angeli

Ibid. v. 3.

Dei. Et iterum: Qui cum sit splendor gloria, & figura substantia eius, portansque omnia verbo virtutis sue, purgationem peccatorum nostrorum faciens, sedet ad dexteram throni maiestatis in excelsis; tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te?

Psal. 2. v. 7.

Quando ergo primogenitus factus est primogenitus, & vnus e multis fratribus, tunc & in terrarum quoque orbem introductus dicitur: (nam secundum propriam naturam extra omnem creaturam degebat vt Deus) tunc & angelis minor factus asseritur, etiam si præstantius, quam illi, nomen sit fortitus: siquidem vox hæc, angeli, notionem ministerii præ se fert, feruilemque conditionem insinuat. mittuntur namque in ministerium propter eos qui salutis hereditatem consecuturi sunt. At vero Filius eum denotat, qui existentiam substantialem naturalemque ex Patre habet. credimus namque illum vere ac naturaliter ex Patre genitum esse. At quomodo is (inquis) angelis minor euasit, qui ab illis adoratur, vnaque cum Patre regni solium obtinet? In promptu est responsio. nam corpore quod mori posset,

Hebr. 1. v. 14.

μενεν, ο σωεδρ τω πατρι; δλλ' εστι σαφης η ωρεφασις. και ηικετο

Τὸν ὃ βραχυ τι παρ' ἀγγέλοις ἠλαττωμένον βλεπέμεν Ιησοῦ, διὰ τὸ πάθημα τὸ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστὲ φανωμένον, ὅπως χαρῆνι θεῷ ὑπὲρ πάντων ἰδούσῃ θανάτου. ] ὁ ὃ θεοπέσιος Παῦλος εἰπὼν ὅτι πάντων ἡμῶν σωτήρος Χριστοῦ ποιέμενος λόγους ὅταν ὃ εἰσαγάγη, Φησί, τ' ωρεφτότικον εἰς τὸ οἰκουμένῳ, λέγει· καὶ ωρεσοκωνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἀγγελοι θεοῦ. καὶ πάλιν ὅς ὢν ἀπαύρασμα τὸ δόξης, καὶ χαρακτήρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρον τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τὸ δωάμεως αὐτοῦ, καθαρῶτον τὸ ἀμύδιων ἡμῶν ποιησάμενος, ἐκείθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς θρόνου τὸ μεγαλωσῆν ἐν ὑψηλοῖς, ποσούτω κρείττων ἡρόμενος τῆν ἀγγέλων, ὅσω διαφορετέρον τῆν αὐτοῦ κεληρονόμηκεν ὄνομα. ἔνι γὰρ εἰπέ ποτε τῆν ἀγγέλων· υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεννήνηκά σε; ἔκουῦ ὅτε γέρονε ωρεφτότικος ὁ μονογενής, καὶ ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, τότε καὶ εἰσικουμίμας Φησὶν αὐτὸ εἰς τὸ οἰκουμένῳ ἔξω γὰρ ἡν, καὶ τὴν φύσιν ἰδίαν, τὴν κτίσεως, ὡς θεός· τότε καὶ ἠλαττωμένον αὐτὸν παρὰ τῶν ἀγγέλοις, καὶ τοῖ διαφορετέρον τῆν αὐτοῦ λαχόντα τὸ ὄνομα. τὸ μὲν γὰρ, ἄγγελος, λατουργίας ὅστι σημαντικόν, καὶ οἰκελικόν ἡμῖν ὑπεμφανὲν μέσον ἄποτέλλοντα γὰρ εἰς διακονίαν διὰ τῶν μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. ὁ δὲ γὰρ υἱός πλεὺ ἐκ πατρὸς ὑπερξιν οὐσιώδη καὶ φριστικῶν κατασημῶσεν αὐτὸν, ὅτι καὶ ἄλλοθως πλεὺ γνήσιον πεωρεῖσθαι πισθόμεν. πῶς ἠλαττωται τῶν ἀγγέλοις ὁ τῶν αὐτῶν ωρεσοκωνημένον, ὁ σωεδρ τῶ πατρι; δλλ' εἰ σαφης η ωρεφασις. και ηικετο

ANNO CHRISTI 431.

ἡ δὲ ἐν τοῖς τῆς ἀνθρώπου φύσεως μέτρῳ, καὶ τὸ ἀποθνήσκον πεφικὸς σῶμα λαβὼν, ἰδόν τε αὐτὸ ποιμαίνον, ἐν αὐτῷ πέπονθεν ἕκων, καὶ ταῖς αἰωπύτω δόξαις τεφαινοῦται διὰ τὸ πάθος, ὡς δὲ αὐτὸς καταργήσας τὸ δάνατον, καὶ ἀποσκαπὸν ἀποφύλασ πλὴν φθορᾶν, ἅτε δὴ καὶ ὑπὸ ἰσχυρῶν ἀφαιρέσει καὶ ζωῆ. ὅταν οὖν Ἰησοῦ ὀνομαζέ, καὶ ἠλατῶσαι λέγῃ παρὰ τῶν ἀγγέλων αὐτῷ, ἐκ ἀνθρώπου διὰ μέρος καὶ ἰδικῶς, ἀλλ' αὐτῷ νοοῦμεν τὸ μνηστῆρ' ἀραχωροῦντα τῆς πρῶτης οἰκονομικῶς τοῖς ἀγίοις ἀγγέλοις ὅτι ἀληθεία γέγονεν ἀνθρώπος ὁ τῆς ἐκείνων ὑπέρουχης ἠπώμενος. τὰ δὲ τῆς ὑπέρουχης τοῖς ἀγίοις ἀγγέλοις, ὅτι καὶ ἐξω σαρκῶς, καὶ τῆς πεθανῆαι κρείττοις εἰσὶ γέγονός τε ἐν τούτοις ἔχουσιν ἐκείνων κένωσαν. ἀλλ' ὁ βραχὺ τῶν ἀγγέλων ἠλατῶμενος διὰ γὰρ τὸ τῆς ἀνθρώπου φύσεως μέτρῳ, ἐν ὑπέρουχῃ τῆς φύσεως ὄν, πρῶτον οὐκ αὐτῶν, καὶ ἐν ἰδρυταῖς δόξαις, οὐκ ἐπιτασίν ἐκείνοι δόξολογοῦντες αἰεὶ, καὶ τῶν δωάμεων αὐτῷ ὀνομαζοῦντες κύριον.

quaque cingunt, indefesso laudum virtutum Dominum appellantes.

θ.

Ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινῶνηκεν ἀμαρτῆ καὶ σαρκῶς, καὶ αὐτὸς ἀραπλησίως μετέχε τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ τῆς θανάτου καταργήσῃ τὸ κράτος ἐχόντα τῆς θανάτου, τούτῃ τῷ δαίμονι καὶ ἀπαλλάξῃ τούτοις, ὅσοι φόβω θανάτου διὰ παντὸς τῆς ζωῆς ἐνοχοὶ ἦσαν δουλείας. ] τὰ παιδία φησὶν ἐν τούτοις, ἡμᾶς δηλονότι τῶν ὄντων ὅτι τῆς γῆς, κατὰ γὰρ τὸ ἐν ψαλμοῖς ὑμναῖον ὡς ὁκ

assumpto, ad humanæ naturæ infirmitates seipsum demisit, in eoque veluti proprio spontaneam mortem sustinuit. Ob eam porro mortem & passionē, summæ gloriæ coronam promeruit; quippe qui ipse, utpote vita & incorruptio existēs, & mortem per illam aboleuerit, & corruptionem nullarum virium esse declarauerit. Cum Iesum ergo nominat, & angelis minorem prædicat, non nudum nos hominem, seorsumque ac per se positum mente concipimus; sed ipsummet Unigenitum propter incarnationis ordinem potiores partes angelis deferentem. Nam qui excellentiæ illorū cedere prædicatur, is vere homo factus dignoscitur. Illa autem sanctorum angelorum eminentia in hoc posita est, & quod a carne sunt immunes, & quod morte existunt superiores: utrisque autem propter voluntariam exinanitionem subiectus fuit Filius. Verum enimvero qui propter humanæ naturæ conditionem paululum ab angelis minoratus dicitur, is in deitatis excellentia existens ab illis adoratur, confidetque in iis maiestatis thronis, quos illi vnde præconio illum extollentes, ac

Isa. 6.

IX.

Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit isdem: ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, hoc est diabolum; & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant seruituti. Pucros hoc loco nos appellat, qui in terris vitam degimus, iuxta illud psalmistæ in per-

Hebr. 2. 14.

sona Dei decantatum : Ego, inquit, dixi, dii estis, & filii excelsi omnes. Nam quod attinet ad Dei voluntatem, mansuetudinemque naturaliter ipsi insitam, ad vnum omnes essemus filii, neque quifquam omnium ab illius familiaritate & amicitia alienus foret: verum quod mentem cupiditatis & corporis perturbationibus vltro submittamus, fit, attestante Dauide, vt veluti homines moriamur, & sicut vnus de principibus cadamus. Sed quomodo carni & sanguini communicauimus? Anima humana diuersam a carne sortita naturam, carni vnita, vnum, & illud quidem per sui adiunctionem ratione præditum animal absoluit, hoc est hominem. Ad eum itaque modum & Dei Verbum quoque non inanimæ, vt quidam opinati sunt, sed animatæ carni, modo quem humana mens non capit, seipsum vnicens, ortumque ex muliere ducens, carni & sanguini perinde ac vnus ex nobis communicauit. Atque ita vnus dumtaxat est Dominus Iesus Christus. Nam etfi Dei Verbum humanam naturam sibi adsciuerit, nihilo tamen secius id quod erat permansit. Quod si mortis imperium vt vita & Deus aboleuit, necessarium est, vt id quod mortem pertulit, ipsius proprium extiterit: quo nimirum idem ipse ex mortuis ad vitam rediens, corruptionem e medio sustulisse, incorruptionisque beneficium in totum genus nostrum transmisisse dici queat. Sicuti enim in Adam omnes morimur, ita omnes in Christo viuificabimur. & iterum: Nam vt per hominem mors, ita per hominem rursus est resurrectio mortuorum. Verum quod mortem pro-

ωρσωπου θεου· ἐγὼ εἶπα, θεοὶ ἔστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. ὅσον γὰρ ἦκεν εἰς τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν, καὶ εἰς τὴν εὐδοσίαν ἡμερότητα καὶ φύσιν ἀπὸ, πάντες αὐτῶν τέκνα, καὶ ἀπόλιθεν αὐτῶν οὐδεὶς τῆς πατρὸς ἀοικειότητος. ἀλλ' ἡ φησὶν ὁ Δαυὶδ, ὡς ἀθέσποιοι δοθνήσκομεν, καὶ ὡς εἰς τῆς δρεζόντων πύθομεν, τοῖς τῆς σαρκὸς πατέσι τοῖς οἰκειῶ ὑποφύροντες νοῦν. πῶς οὐκ ἄρα κεκοινωνήκαμεν αἵματι καὶ σαρκὸς; ψυχὴ γὰρ ἡ ἀθέσποινῃ φύσιν ἐτέραν ἔχουσα παρὰ τὴν σάρκα, τῇ πατρὸς ἀπὸ τῆς καθ' ἑνωσιν, τὸ ἐν τε καὶ λογικὸν ἀπετέλεσε ζωῶν, τουτέστι ἀθέσποιοι. οὕτω πηγαροῦ καὶ ὁ τῷ θεῷ λόγος, ἐμφυτωμένη σαρκί, καὶ ἐκ ἀβύσσου κατέβη, ἕαυτοῦ δοθνήσκοντος ἐνώσας, μετέσχεν αἵματι καὶ σαρκὸς παραπλησίως ἡμῖν, διὰ ἁγνότητος δὲ θελοῦν τῆς ἐκ γυναικὸς. εἰς οὐκ ἄρα κέλευθον Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐνώσαντο μὲν ἑαυτὰ τῷ θεῷ λόγῳ τὸ ἀθέσποιν, μεμενηκόπος δὲ καὶ οὕτως ὅσην λῶ. εἰ δὲ αὐτὸς κατήργηκε τὸ θάνατον τὸ κατὰ, ὡς ζωὴ καὶ θεός, ἰδίῳ αὐτοῦ νοεῖσθαι πρὸς τὸ πεπονθὸς τὸ θάνατον, ἵνα ὡς αὐτὸς ἀνάστασιν καταργῆσαι λέγοιτο τὴν φθορὰν, καὶ εἰς ἅπαν ἡμῶν παπέμψαι τὸ ἄφθορον τῆς ἀφθαρσίας τὸ χαρίν. ὡς περὶ γὰρ ἐν τῷ Ἀδάμ πάντες δοθνήσκομεν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποισοῦμεθα. καὶ πάλιν ὡς περὶ γὰρ διὰ ἀθέσπου θάνατος, οὕτω καὶ διὰ ἀθέσπου ἀνάστασις νεκρῶν. ἵνα δὲ ὅτι τῆς καθ' ἡμᾶς νοουμένης ἀθέσποιοτος ἐπέκλινα μέζων τὸ πη-

1. Cor. 6. 15. v. 22.

ANNO CHRISTI 431.

τὸ πατήσιν θανάτῳ, ἐνώσθ φα-  
 μῆν, ἡγρω κοινωρία τῆ πωθὸς σαρ-  
 κα τε καὶ αἷμα τῆ θεοῦ λό-  
 γον γυέδαμ καθ' ἡμαῖς ἀύθεσ-  
 πον· ἄπομεμδρμκέναι δὲ καὶ οὕτω  
 θανάτου κρείττονα. θεὸς γὰρ ἡμῶν ἐν  
 σαρκί.

terere, res est humanæ naturæ  
 facultatem excedens, propterea  
 Dei Verbum vnione, hoc est, cum  
 carne & sanguine communica-  
 tione, homo nobis similis effe-  
 ctum est; ita id tamen, vt morte  
 superior remanserit. erat enim  
 Deus in carne.

X.

Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus assimilari; vt misericors fieret & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi. In quo enim passus est ipse tentatus, potens est & eis qui tentantur, auxiliari. Dei Verbum Abrahæ semen apprehendisse asserimus. Nam secundum carnem ex Iudæis ortum est, & fratribus per omnia assimilatum; hoc est, seruili forma, iuxta Apostoli doctrinam, sumpta aliorum hominum more nasci dedignatum non est. Hac enim de causa & filius hominis extitit, & eorum qui ex semine Abrahæ prodierant, hoc est, ex carne & sanguine constitutorum, frater effectum est. Ecquænam horum causa extitit? Non alia profecto, ait, quam vt misericors fidelisque pontifex in iis que sunt ad Deum, fieret. Christus namque pontificem supra modum benignum & misericordem se nobis exhibuit. Etenim cum legis litera peccatis obstrictos condemnet, grauissimaque pœna illos qui Dei mandatum violassent, plectendos discernat: (Irritam enim quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur) Christus per fidem iustificat, eosque qui lapsi sunt, a veteribus

Hebr. c. 1. v. 16.

Phil. 2. v. 7.

Hebr. c. 10. v. 28.

Οὐ γὰρ δὴ πού ἀγγέλων ἐπιλαμ-  
 βάνεται, ἀλλὰ ἀσπέρματος Ἀβραάμ  
 ἐπιλαμβάνεται. ὅθεν ὠφέλιε καὶ  
 πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι,  
 ἵνα ἐλεήμων γνηται καὶ πιστὸς δεχη-  
 ρεῖς τὰ πωθὸς θεόν, εἰς τὸ ἰλασκε-  
 ἰναι τὰς ἀμάρτιας ἡμῶν. ἐν ᾧ γὰρ πέ-  
 πονθεν αὐτὸς πειρασθεῖς, διώαται τοῖς  
 πειραζομένοις βοηθῆσαι. ἀσπέρμα-  
 τος Ἀβραάμ ἐπιλαμβάνεται φα-  
 μῆν τῆ θεοῦ λόγον. ἀνέφυ γὰρ ἐξ  
 Ιουδαίων καὶ σαρκί, καὶ ὁμοιωθῆ-  
 καὶ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς, κατὰ γὰρ τὸ  
 ἀναγκάδ λαβεῖν τὴν τοῦ δουλοῦ μορ-  
 φῆν, καὶ ἐν ὁμοιωμάτι ἀύθεσπρον  
 γυέδαμ, κατὰ φησιν ὁ μακάριος  
 Παῦλος. κερρημάπη γὰρ οὕτω ἡὸς  
 ἀύθεσπου, καὶ γέρονεν ἀδελφὸς τοῖς  
 ἐν ἀσπέρματος Ἀβραάμ, ἡγρω τοῖς  
 ἐν αἵματι καὶ σαρκί. τίς οὐδ' ἀρε-  
 ὄστιν ἢ τῆδε πωθὸς φασί; ἵνα ἐλεή-  
 μων, φησὶ, γνηται, καὶ πιστὸς δεχη-  
 ρεῖς τὰ πωθὸς θεόν. ἐλεήμων μὲν  
 γὰρ δεχηρεῖς εἰς ἡμαῖς γέρονεν ὁ Χρι-  
 στὸς, ὡς τῆ νομικοῦ γράμματος κα-  
 τὰκρίνοντος ἐπὶ ἡμῶν τὴν κώ-  
 τῆν τῆ κολάζεδαμ δὲν ἐπιφύρον-  
 τος ψήφον τοῖς τῆν θείου ἀπμαζου-  
 σιν ἐντολῶν. ἀθετήσας γὰρ τίς νό-  
 μων Μωσέως, χωρὶς οἰκημῶν ἐπι-  
 δισίαν ἢ τεσσά μέρτεσιν ἀποθνήσκει  
 δικαιοῖ γὰρ μὲν ἐν πίστι Χριστὸς, καὶ τῶν  
 δεχάτων ἀπαματων ἀήσσι  
 Concil. Tom. 5.

culpīs absoluit. Factus est itaque misericors pontifex, utpote legalem illam severitatem diutius valere non sinens.

XI.

Fidelis vero pontifex; quoniam perpetuus ac constans, dignissimulque cuius promissis fides habeatur. De legalibus autem sacerdotibus longe aliter, Apostolo teste, res habet. Et alii (inquit is) plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere: hic autem eo quod maneat in aeternum, sempiternum habet sacerdotium. Unde et saluare in perpetuum potest accedentes per ipsum ad Deum; semper vivens ad interpellandum pro eis. Obserua hic, quomodo non ad eorum qui peccatis se obstrinxerant, eodemnationem pontifex factus sit, sed potius ad delictorum eorundem purgationem ac propitiationem. Sed qualis, quaeso, cum tentationis, tum sacrificii quoque illius modus extitit? Ait namque: In quo passus est ipse et tentatus, potens est iis qui tentantur, auxiliari. Sane tentatus perstitit, & crucis supplicium patienter sustinuit. Ceterum Filius Deo & Patri impollutum sacrificium semetipsum obtulit; nempe quo per propriam carnem opem illis ferre posset, qui cum molestiis & tentationibus conflictantur. Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Ipse proinde secundum humanam naturam factus est pontifex, quamquam ut Deus est, ab omnibus illi sacrificetur. Ipse est, qui secundum carnem factus est victima. Ipse idem rursus est, qui secundum diuinitatis auctoritatem peccatis nostris propitius ac clemens est. Vnus est ergo Dominus Iesus Christus.

Hebr. c.7. v. 23.

Hebr. c.2. v. 18.

Hebr. c.10. v. 14.

ἑὸν ἠδενικότες γέρονε τοίνυν ἐλεήμων δεχεράς, ἐκέλε τὰς νομικὰς ἀποτομίας κρατεῖν ἡπιτέπων.

ια.

Πισὸς δὲ, ὅτι μόνιμος, καὶ δι-  
λυεῖς, καὶ ἀξιοχρεως εἰς πῖστιν ἡ  
ἐπιγεληδίων. ὡς γὰρ αὐτὸς που πῶ-  
λιν Φησὶν ὁ θεατοῖσθι Παῦλος πῶ-  
λιν καὶ νόμοις ἱερέων· καὶ ὁ μὲν  
πλείονες εἰσιν ἱερεῖς γέροντες, διὰ τὸ  
τῶ θανάτω κωλυέσθαι ἄρα μὲν· ὁ  
δὲ διὰ τὸ μὲν αὐτὸ εἰς αἰῶνα,  
ἀπαράβατον ἔχει τὴν ἱεροσύλῃ.  
ὅθεν καὶ σώζειν εἰς τὸ παντελὲς διώ-  
ται ἑὸν πρὸς ἐσσερχομένους δι' αὐτὸ τῶ  
θεῷ, πῶποτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυχεῖν  
ὑπὲρ αὐτῶν. ἀδρει δὲ, ὅπως ἐκ εἰς  
κατὰ κρῆσιν ἡμῶν ἡμῶν γέρον-  
εν δεχεράς, εἰς τὸ ἰλασκεῖσθαι δὲ  
μᾶλλον τὰς ἀμάρτιας αὐτῶν. ὁ  
δὲ γὰρ τὴν πειρασμοῦ καὶ τῆς θυσίας  
ὁποῖσθαι εἰς εἰς ἑσθῆς; ἐν ᾧ, Φησὶ,  
πέπονθεν αὐτὸς πειραθεῖς, διώ-  
ται τῆς πειραζομένων βοηθῆσαι, δι-  
καρτέρησε γὰρ πειραζομένους, καὶ ἑα-  
μεινε σαυρόν. πῶλιν ἑαυτὸν ὁ υἱὸς ὡς  
ἀμωμον ἱερεῖσθαι πρὸς ἐσσεκόμεναι τῶ  
θεῷ καὶ πατεῖ, ἵνα διὰ τῆς ἐαυτὸν σα-  
κὸς βοηθῆσθαι τῶν κἀμνοισι καὶ πειρα-  
ζομένοις. μᾶλλον γὰρ πρὸς φορεῖσθαι πε-  
λείωκεν εἰς τὸ διλυεῖς ἑὸν ἀγα-  
ζομένοις. αὐτὸς οὐδ' ἀεὶ γέρονεν  
δεχεράς καὶ τὸ ἀνδεσθῆσθαι, καί-  
τοι πῶλιν πάντων τὰς θυσίας δεχο-  
μῆσθαι θεικῶς. αὐτὸς γὰρ θυμία καὶ  
τῶ σαρκὰ αὐτὸς ὁ τῶν ἀμάρτιας  
ἡμῶν ἰλασκομένος κατὰ γὰρ τῶν ἐσ-  
τητος δυνάμιν. εἰς οὐδ' ἀεὶ κλέος.

Ἰησοῦς Χριστός.

ANNO CHRISTI 431.

ιβ.

XII.

Υμεις προσκυειτε ον εκ οιδετε ημεις προσκυομεν ον οιδουμεν οτι η σωτηρια εκ τ Ιουδαϊων εστι. Φαη τις αν ισως, αν αρμοσον ειναι τη θεα κη ανωτατω τε λογου Φυστ το προσκυειν. ετα πως, επι οτι θεος δηλωσ ο Χριστος, εαυ τοις οφειλοισι προσκυειν οραται σωτηριας; ο ουω αρα προς τετο φαμεν; ει μιν γυμνη τη θεοτητι εκ θεο πατρος πεφηνοτα λογον αφηχθαι πσβουμιν εις τον δε τον κοσμον, αν αρμοσον κομιση το χημα αυτω προσκυειται δε μαλλον, η ην αυτος ετερο προσκυει. ει δε μορφω δουλου λαβων, και της προσκυουσης ανθρωποτης το μεζον εκ απμασας, κερημα πικεν υος ανθρωπου, η προσκυωσις εσαι της οικονομιας, κη πεπουσα μαλλον τοις της κενωσεως μετροις, εκ αυτη κη μονας τη Φυστ τε λογου. επι πως εκ τ Ιουδαϊων εστι η σωτηρια; ου γαρ που φαη τις αν, καθο νοειται και εστι λογος, ο Ιουδαϊων υφρχαν αυτον, δηλα καθο ην οτι τοις εν σαρκι κη αιματι γερονως αδελφος, δια τω το σπλαχεσται σπειματ Αβρααμ. εις ουω αρα Χριστος, και προσκυειν λεγει \* δια το ανθρωπον, και τοι σπα πασις τ κλισεως προσκυουμινως ως θεος.

ιγ.

Ετι μικρον χρονον μη υμιν ειμι, και ισαγα προς πεμψαντα με. ποδ γδ εκ εστιν ο τε θεοδ λογος, ει πληροι τα παντα τη της θεοτητος Φυστ; πως ουω πεμπεται σπα τε πατρος; πως δε και ισαγα προς αυτον; εκουω πεμπεται μιν ανθρωπο.

Concil. Tom. 5.

Vos adoratis quem nescitis; nos adoramus quem scimus; quia salus ex Iudeis est. Obiecerit fortassis hic quispiam, alterum adorare in supremam illam diuinamq; Verbi naturam minime conuenire. Si ergo Christus verus Deus est, quomodo inter eos sese connumerat, qui adorare debent? Quid, quaeso, ad istud respondebimus? Si enim Dei Patris Verbum cum nuda solaque diuinitate in mundum apparuisse credimus, nullo modo alterum adorare, illi conueniet. Ipsum namque adoratur verius, quam alium quemcumque adorat. Quod si formae quam susceperat, humilitatem, adorantisque naturae conditiones non auersatum, hominis filius effectus est; iam sane adoratio dispensationis ordini, exinanitionisque conditioni congruet; Verbi autem naturae seorsum per se consideratae, nequaquam. Nam nisi hoc statuatur, quomodo salus ex Iudeis esse intelligi potest? Neque enim dicere fas est, Verbum secundum quod per se consideratur, ex Iudeis esse: est autem ex illis, quatenus eorum qui carne & sanguine constant, frater effectus est, Abrahæque semini coniunctum. Vnus itaque est Christus, qui quidem vt homo adoratur; vt autem Deus, ab vniuersa creatura adoratur.

Ioan. c. 4 v. 22.

XIII.

Adhuc modicum tempus vobiscum sum, et vado ad eum qui misit me. Si diuinitatis natura omnia implet, vbi, quaeso, Dei Verbum non existit? Qua igitur ratione mittitur a Patre? Aut quo rursus modo ad eum reuertitur? Mittitur itaque secundum humanam

Ioan. c. 7 v. 33.

Hh ij

Linc. c. 4. v. 19.

naturam, prædicare captiuis remissionem, & cæcis restitutionem visus. hoc enim missionis illius ratio & modus exigebat. Sed & idem quoque vadit ad Deum Patrem: verum non pari omnino modo. Vadit enim vt pote in corpore ad cælum rediens, vt nimirum paterno vultui pro nobis, sicut scriptũ est, appareat. Quod si quis missionis vocabulum de ipso quoque Verbo dictum accipiat, neminem id turbet: siquidem scripturæ diuinitus inspiratæ mos est istiusmodi locutionibus nonnunquam vt; non quod diuinam illam cælestemque naturam loco circumscribere aut definire velit (nouit enim illam corporis expertem, omnique termino & loco superiorem esse) sed quod eiusmodi humanis vocibus ea nobis manifestare contendat, quæ mentis alioqui nostræ captum excedunt. Nam & ipse quoque Saluator Paracletum sese ad nos missurum promittit, cum tamen Spiritus sanctus omnia impleat, iuxta illud: Spiritus Domini repleuit orbem terrarum.

Hebr. c. 9. v. 24.

Ioan. c. 16. v. 26.

Sap. 1. v. 7.

Ioan. c. 8. v. 28.

Ioan. 5. v. 18.

Ioan. c. 10. v. 33.

XIV.

Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Iudaicæ infantiæ, qua in Christum efferebantur, causas beatus Ioannes exponens, ita scribit: Propterea Iudei persequebantur Iesum, quia non solum soluebat sabbatum, sed & Patrem suum dicebat Deum, æqualem faciens se Deo. Alibi eisdem isthæc impie euomentes inducit: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia; quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum. Igitur in illum credere nulla ratione volebant, quandoquidem purum tantum vulgaremque ho-

πίνως κατὰ γὰρ τῆς ἀποστολῆς ἔχοντες κὺ λόγον, ἵνα κηρύξῃ μὲν αἰχμαλώτοις ἀφεσιν, πωλοῖς δὲ ἀνάλευσιν. Ἰσὼς γὰρ μὲν πρὸς τὸν πατέρα θεόν, ἐκ ἐπιπέτῃ ἴσον ἔχον, ἀλλ' οἷον ἐν σώματι ἀναφοιτήσας εἰς οὐρανόν, ἵνα ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ἐμφανίσῃ τῷ πατρὶ ὡς τὸν πατέρα, καὶ ἡμεῖς γὰρ ἡμεῖς ἐπὶ αὐτῷ τῷ λόγῳ τὸ ἀπεσταλτὴν λαμβάνοιτο, χαλεπὸν ἔσθαι τῷ θεῷ τῆς θεογονίας ἡμεῖς κὺ τῆς τοιαύτης ἐδὲ ὅτι κηρύσσεται φωνῆς, κὺ οὐ τόποις κὺ περιγραφαῖς τίλω θεῖαν τε καὶ ὑπερόσμιον ἰσσοφύρειν φύσιν· οἶδε γὰρ οὖσαν ἀσώματον, κὺ ἀειοεσομῶν ἐπέκεινα, κὺ τῶν ἐν τῷ νοεῖσθαι μακραφωναῖς ἢ μάλλον τῆς ἀνθρώπων τὰ ὑπὲρ νοῦ ὄντα· ὅτι ἐν ἡμῖν παρῆται κατὰ θεοῦ. ἐπεὶ κὺ αὐτὸς ὁ σὺν τῇ πέμπειν ἔφασκε πρὸς ἡμᾶς παράκλητον, καίτοι πληρουῦτος τὰ πάντα τῶ ἀγίου πνεύματος· πνεῦμα γὰρ κωρίου, φησὶ, πεπλήθηκα τίλω οἰκουμένηλω.

ιδλ.

Όταν ὑψώσῃτε τὸ υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τότε γνώσεσθε ὅτι ἐγὼ εἰμι. τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀπονοίας, ἡ δὲ ἐπὶ Χριστῷ πεπιῶται, τὰς αἰτίας ἐξηγητοῦ μέγρος ὁ μακάριος Ἰωάννης· διὰ τῆς τοιαύτης ἐδὲ ὅτι Ἰουδαῖοι Χριστὸν, ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλὰ κὺ πατέρα ἴδιον ἔλεγε θεόν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ θεῷ. εἰσκεικόμην δὲ σου κὺ αὐτῶν λέγοντας ἀνοσίως περὶ καλοῦ ἔργου ἐλιθάρομεν σε, ἀλλὰ πρὶ βλασφημίας ὅτι σὺ ἀνθρώπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν θεόν. ἐκοῦν ἀπὸ ἀδελφῶν τῶν ἐπὶ αὐτῷ πεπιῶν π-



ANNO 431. CHRIſTI  
 ειν, δὲ θεογον μὴ εἶναι νομιζόντες  
 αὐτὸ δὴ τὸ ψεῦδος, ἠγνοοῦντες ὅτι  
 θεὸς ὢν ὁ λόγος ἐπελάβετο σάρκα-  
 τος Ἀβραάμ, καὶ κοινοῦν ἡμε-  
 τος καὶ σαρκὸς ὡραπισίως ἡμῶν  
 πλὴν ἐκ ἀπέστη τῆ ἐξ ἑαυτοῦ  
 γὰρ καὶ φύσιν ὄντι, ἔδωκεν ὁ αὐ-  
 τός. ὅταν οὖν, Φησὶν, ὑψώσῃτε  
 ἡμῶν τῆ ἀνθρώπου, τότε γνώσατε ὅτι  
 ἐγὼ εἰμι. ἐσαυροῦ μὴ γὰρ ἀνθρώ-  
 πινος, ἀλλ' αὐτὸς καὶ πεπε-  
 νται διὰ τῆς ἀνάστασως ὅτι καὶ θεὸς ὄντι,  
 καὶ θεοῦ κατ' ἀλήθειαν υἱός. εἰ δὲ πε-  
 πενται πρὸς ἡμῶν οὐχ ὡς ἑτέρου  
 ἀναστάσεως, ἐρηγερῶν δὲ μάλ-  
 λον αὐτὸς πᾶσι πῶς ἀνάστη διὰ τὴν  
 οἰκονομίαν ἰδίον αὐτοῦ σώμα νοεῖσθαι  
 γὰρ πεποιθὸς ἑαυτὸν, ἵνα ἔαυτὸς  
 ἀναστῆαι λέγοιτο, καὶ τὴν φύσιν  
 ἀπαλάττωσιν ὡς θεός. ἐνὸς γὰρ Χριστοῦ  
 καὶ υἱοῦ ἑαυτὸν κατεγγέλλοντες, καὶ  
 ὁμολογοῦντες τὴν ἀνάστασιν, δι-  
 ούμῃα διὰ πίστεως. ἐποῦν ὁ αὐτὸς ὡς  
 εἰς τὴν μὴ ὑπαρῆσαν Χριστὸς Ἰ-  
 σοῦς, ἔποθεν εἶναι μὴ ἀνθρώπινος καὶ  
 τὴν σάρκα λέγεται, ἐρηγερῶν δὲ εἰ-  
 κὸς ὡς ζωή.

minem esse putabant; ignari Deū  
 Verbum semen Abrahæ apprehendisse,  
 carnique & sanguini perinde ac nos  
 communicasse; quamvis ob id Deus esse  
 non desisset: siquidem secundum naturam  
 immutabilis, perpetuoque ipse idem est.  
 Ait ergo: *Cum exaltaueritis Filium  
 hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.*  
 Quamvis enim secundum humanam  
 naturam crucis supplicium pertulit,  
 diuina tamen virtute resurrexit. Propter  
 resurrectionem autem & verus Deus,  
 & verus rursus Dei Filius creditus est.  
 Quod si eum non alterum exfucitasse,  
 sed ipsum resurrexisse credimus; corpus  
 utique, quod mortem perpesum est,  
 proprium illius dispensatorie extitisse  
 statuamus oportet: quo hac nimirum  
 ratione & ipse quoque, licet suapte  
 natura immortalis sit vt Deus,  
 resurrexisse dici queat. Vnius enim  
 eiusdemque Christi & Filii mortem  
 annuntiantes, & resurrectionem  
 confitentes, iustificamur per fidem.  
 Vnus igitur idemque & solus Christus  
 Iesus, vt homo secundum carnem mor-  
 tuus; vt Deus autem & vita, resurrex-  
 isse dicitur.

Hebr. c. 1. v. 14.  
 Ioan. c. 3. v. 18.

X V.

Προσηέσαν ποτε τῶν Χριστῶν λέ-  
 γοντες Ἰουδαῖοι· εἰς ποτε τὸ ψεῦδος  
 ἡμῶν αἵρεις; εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός,  
 εἰπέ ἡμῶν ὡραπισία. ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ  
 Ἰησοῦς· εἶπον ἡμῶν, ἔοικε ἡμῶν ἑ-  
 ρα, ἀ ἐγὼ ποιῶ ἐν τῶ ὀνόματι τῆ πα-  
 τέρους μου, τὰ πάντα ἡμῶν τρεῖς ἑ-  
 μοδ. ] Ἐὰν δὲ ἀρε καὶ τούτω φασὶν  
 ἑαυτοὺς εἶναι ἀμαθῶς εἰς ἡμῶν  
 δύο Χριστοῖς, τὸ ἕνα κύριον  
 Ἰησοῦν Χριστόν; ἔοικε ἡμῶν  
 οἱ Ἰουδαῖοι εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός,  
 εἰπέ ἡμῶν παρρησία;

Circumdederunt ergo eum Iu-  
 dai, & dicebant ei: *Quoniam ani-*  
*mam nostram tollis? Si tu es Chri-*  
*stus, dic nobis palam.* Respondit illis  
*Iesus: Locutus sum vobis, & non*  
*creditis. opera que ego facio in nomi-*  
*ne Patris mei, hec testimonium per-*  
*hibent de me.* Ecquid hic, quæso,  
 dicunt, qui vnum Dominum no-  
 strum Iesum Christum in duos fi-  
 lios, totidemque Christos stulte  
 diuellunt? De vtro Iudæi aiebāt:  
 Si tu es Christus, dic nobis pa-  
 lam? Vter rursus illorum prædi-

Ioan. c. 10. v. 24.



cabat: Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, illa testimonium perhibent de me: Vtrius tãdem Patrem Deum esse statuimus? eius ne, qui ex muliere ortum ducit, vt seorsum per se animo concipitur; an vero ipsius Vnigeniti? Atqui diuina opera vi propria patrare, res est quæ humanæ naturæ vires, eiufdemque facultatem longe multumq; vincit. Quia ergo Christus eadem quæ Pater opera perficiebat, vtique non erat purus homo, sed Deus carne & sanguine vestitus, vt profecto maneret quod erat. Ad hunc ergo modum affectus, paria cum suo genitore præstabit: mysteriique huius ratio ita explicata, reprehensione apud sanæ mentis homines vacat.

XVI.

Luce. c. 1. v. 40. Ibid. v. 52.

*Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, plenus sapientia; & gratia Deierat in illo. & infra: Iesus proficiebat sapientia & etate & gratia apud Deum & homines.* Dominum nostrum Iesum Christum vnum omnino esse affirmantes, humanaque ac diuina ex æquo eidem tribuentes, exinanitioni quidem vere conuenire asserimus cum corporei incrementi susceptionem, tum corpulentarum quoque partium successiuam consolidationem & confirmationem; tum hoc ipsum denique, quod sapientia impleri videretur: quandoquidem vna cum incremento corporis per congruentes veluti progressus, sapientia illius quotidie magis magisque foris sese prodebat. Et hæc quidem, vt dixi, carnis dispensationi, & humiliationis conditioni competebant. At vero perpetuam constantemque perfectionem obtinere, necnon sapientiam esse, id in ipsius

flex sit, per Patris dexteram iure merito exaltatus dicitur. Obserua hic rursum, Dominum nostrum Iesum Christum secundum humanam quidem naturam Spiritum accipere, secundum diuinam vero hoc ipso Patris promissa exsoluere, quod Spiritum sanctum non tamquam ab se alienum, sed tamquam sibi proprium fidelibus mittit. Deus enim per quemdam ex sanctis prophetis alicubi ita ait: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem.* Hanc autem promissionem Christus Dominus præstat, cum Spiritum ut proprium ad fidem vocatis immittit. Atqui Spiritum sanctum quibuscumque libitum fuerit posse impertiri, id in hominem nequaquam conuenit, sed tantum in verum naturalemque Deum. Quando igitur Filius Spiritum sanctum impertiuit, quod Dei & Patris est efficit. Humanum proinde quiddam est, Spiritum suscipere; diuinum vero & supra hominem, ex propria plenitudine Spiritum sanctum in alios effundere. Verbum itaque, quod in humana forma apparuit, Deus est: unde consequitur, ut eiusdem quoque cum Patre maiestatis sit.

Ierl. 2. v. 28.

Περὶ τῆ λέγεσθαι ἀναστῆναι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἐν δωάμεν τῆ πατρὸς.

De eo quod Christus per paternam virtutem resurrexisset dicitur.

να'.

ΘΕΣΠΕΣΙΟΣ γράφει Πᾶυλος περὶ τῆ πατρὸς Αβραάμ· ἐκ ἐργάτης δὲ δι' αὐτὸν μόνον ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην. ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογιζέσθαι τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ ὁ ἐγράψατο Ἰησοῦν κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν ὃς παρεδόθη

L I. DIVINVS Paulus de patriarcha Abraham ita scribit: *Non est autem scriptum propter ipsum tantum, quia reputatum est illi ad iustitiam; sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Dominum nostrum a mortuis: qui traditus est*

O o iij

propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Vna quidem deitas in tribus personis adoratur tum a nobis, tum etiam a supernis illis spiritibus. Cū autē vna dumtaxat diuinitas existat, merito totius opus censetur, quidquid potest ab illa vna procedere. Deus Pater namque omnia per Filium operatur in Spiritu sancto. Quare si Pater viuificare dicitur, idipsum omnino per Filium in Spiritu sancto præstare intelligitur. Rursum si Filius in his qui vita destituuntur, vitam efficere prædicatur; hoc ipsum absque coessentialis Patris cooperatione efficere non putetur, vt qui illum qui eum genuit, in seipso manentem semper habeat. Ego, inquit aperte, a meipso non loquor: Pater qui in me manet, ipse facit opera. Tandem si Spiritus hoc ipsum operatur, omnino vt vitæ spiritus operatur. Atqui Deum Patrem, & Filium qui ex illo genitus est, secundum naturam vitam esse dicimus. Quamuis ergo Pater Christum ex mortuis exsuscitasse dicatur, Filium tamen circa proprii corporis exsuscitationem non otiosum extitisse inuenimus. nam Iudæos hoc modo allocutus legitur: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Ita cum beatus Paulus doceat, quod & nobis quoque reputabitur ad iustitiam credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum ex mortuis; non solum in Deum Patrem credidimus, sed etiam in Dominum nostrum Iesum Christum. Quin & illud quoque obseruandum, vt arbitror, hoc loco venit, nempe Vnigenitum hominem factum, mortem quidem secundum carnem pertu-

Ioan. 5. v. 21.

Ioan. 14. v. 10.

Ioan. 2. v. 19.

Rom. 4.

διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαιοσύνην ἡμῶν. ] μίαν μὲν θεότητος φύσιν, ἐν ἑσώστασι δὲ προσωποῦνται τρεῖσι ὁμοῦ καὶ τῆν αὐτὴν πνεύματων. μίας δὲ οὐσης θεότητος, ἀπάσης εἰκότως δὴ ἔργον αὐτῶν γίνετο πᾶν ὅπου ἔστι ὁπλίστα πρεπόντων αὐτῆ τε καὶ μόνῃ. *περὶ λέγεται γὰρ πάντα παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐν πνεύματι. ὡς καὶ εἰ λέγειτο ποῦ ζωοποιεῖν ὁ πατήρ, ἐνεργησὶ πάντως αὐτὸ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐν ἀγίῳ πνεύματι. καὶ ἐνεργῆ πλὴν ζωῆς ὁ υἱὸς ἐν γὰρ τοῖς δεδημηνοῖς τῆς ζωῆς, ἀλλ' οὐδὲ γὰρ τῶν ὁμοουσίῳ πατρὸς ἔχῃ γὰρ ἐν ἑαυτῷ τὸ γνησασαί τε καὶ γνοῦν ἔφη σαφῶς ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ. ὁ δὲ πατήρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, ποιεῖ τὰ ἔργα αὐτοῦ. καὶ εἰ τὸ πνεῦμα λέγειτο τοῦτο δρᾶν, ἐνεργησὶ πάντως ὡς πνεῦμα ζωῆς. ζωῆς δὲ εἶναι φανερὸν καὶ φύσιν τοῦ θεοῦ καὶ πατρός, καὶ ὅτι αὐτὸ γνησθέντα υἱόν. ἐκουῶ λέγεται μὲν ὁ πατήρ ἀναστῆσαι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν· ἐκ νεκρῶν μὲν δὲ υἱὸν ἀνεργῆσαι πλὴν ἀνάστασιν τῆς ἰδίου σώματος. καὶ γνοῦν ἔφη παρὰ τοῦ Ἰουδαίου· λύσατε τὸ ναὸν τῶτον, καὶ ἐν τρεῖσιν ἡμέραις ἐγείρω αὐτόν. ἀδελφοὶ δὲ, ὅπως τὸ μακαρίου Παύλου λέγοντο· ὅτι λογισθέντα καὶ ἡμῶν ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην τοῖς πισύσασιν ὅτι ἐγείρανται Ἰησοῦ Χριστὸν ἐκ νεκρῶν· ἐκ εἰς μόνον ἢ πίστις πατρός λέγεται καὶ θεοῦ, ἀλλὰ γὰρ καὶ εἰς κύριον ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστὸν. ἄλλως τε δὲ ἴν γὰρ ὁμοῦ καὶ λαλοῦν ἰδεῖν γίνετον ἀθεοῦ ὁ μονοθεῖς, καὶ ἑσώμεινε μὲν σαρκικῶς ὁ σπῆν-*

ANNO  
CHRISTO  
451

ANNO CHRISTI 431.  
 τον, ανέβίω γε μὴν οὐ καὶ σαρκὸς, ἤρω αἰθεροπότη, δυνάμιν, ἀλλ' ὡς ἐν ἰσχυρί θεότητος τῆς ζωογονούσης τῶν νεκρῶν, καὶ καλούσης τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. ἀναθετέου οὐδ' ἀεὶ τὴν ζωοποίησιν ἐ μάλιστ' ἐκὼς ἐκ αὐτῆς που πάντως τῆς τῆς σώματος φύσεως, καὶ εἰ γέγονεν ἴδιον τῆς ἐκ θεοῦ φωνῆς λόγου· δυνάμει δὲ μάλιστ' τῆς ὑπερτάτης, καὶ φύσιν τῆς ὑπερτάτης, ὡς ἐν παλαιῶν τῆς θεοῦ καὶ πατρὸς, ὅτι οὐδέποτε φησὶν ὁ υἱὸς, ἴσους τε καὶ ὅμοιοι καὶ πάντα ἀπὸ. περὶ δὲ δι' ἀμφῶν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ζωοποιῶν. ἄρα δὲ δάδαμ φησὶ Χριστὸν διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἐργάζεσθαι διὰ τὴν δικαιοσύνην ἡμῶν. ὡς περὶ γὰρ γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν τὸ παθεῖν αὐτῶν τῆς ἰδίας σαρκὸς θανάτον, ἵνα λοιπὸν ἀποτήσῃ τῆς θανάτου τὸ κράτος· οὐτω καὶ ἀνεβίω πάλιν ὑπὲρ ἡμῶν, ἐγκαίνισεν ἐν ἡμῖν τὴν εἰς ἀφθαρσίαν ἐπιπόδον, καὶ τῆς ἐν Ἀδὰμ ἀφραδάσεως ἀφανίζων τὰ ἐγκλήματα. δεδικαιώθημεν γὰρ ἐν Χριστῶ, τῆς μὲν δεχόμενοι ἐκείνης θείας τὴν δυνάμιν ἀφανίζουσι διὰ τῆς εἰς ἅπαν ἕσπερας, ἀπαλλάττοντες δὲ τῆς δεχόμενοι αἰπαμάτων τὴν φύσιν· οὐ γὰρ ἐποίησεν ἀμείψαν, γέγονε δὲ μάλιστ' ἀδικίαν ἐν αὐτῇ, καὶ τοὶ καταγνωσμένοι, καὶ ἀπὸ εἰπομένων, \* ἐν Ἀδὰμ.

lisse, vi tamen carnis, hoc est humanitatis, ne utique reuixisse, sed virtute deitatis, *qua uiuificat mortuos, & vocat ea quae non sunt, tamquam ea quae sunt.* Ipsa itaque uiuificatio non ad ipsam corporis naturam, licet illud Verbo ex Deo genito proprium extiterit, sed potius ad supremam illam virtutem, hoc est, ad eam naturam iure merito referenda est, quae omnem excedit creaturam, sicut in persona Dei Patris, ex quo prodit Filius per omnia illi aequalis & consubstantialis. procedit autem per utrosque & uiuificus quoque Spiritus. Addit porro, Christum propter delicta nostra traditum esse; propter nostram autem iustificationem exsuscitatum. Quem admodum enim factum est, ut ipse nostri causa in propria carne mortem pateretur, quo mortis imperium in posterum dissolueretur: sic rursus nostri causa reuixit, culpisque praeuaricationis Adae abolitis, reditum nobis ad immortalitatem primus ostendit. Iustificamur enim per Christum, antiquae illius maledictionis vim demolientem per obedientiam modis omnibus perfectam, naturam vero humanam ab antiquis criminibus liberantem. Peccatum namque nullum admisit, sed omni laude dignus in ipsa fuit, etiam si in principio, hoc est in Adam, ut ante quoque admonuimus, condemnationi obnoxia fuerit.

L II.

*An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus illi per baptismum in mortem; ut quomodo Christus resurrexit a mortuis per*

ἡ ἀγνωεῖτε, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸ θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν; συνετάφημεν οὐδ' αὐτῶν διὰ τὸ βαπτίσματος εἰς τὸ θάνατον ἵνα ὡς περὶ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν

Matth. 28. 19.

gloriam Patris, ita & nos in nouitate uita ambulemus. Dominus noster Iesus Christus inferno despoliato, spirituumque multitudine, quæ in subterraneis claustris detinebatur, inde liberata, tertia die resuscitatus reuixit, reuiuusque sanctis apostolis dixit: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Cum igitur ut in vno Patris nomine baptizamur, ita in vno quoque Filii nomine, eiusdemque morte & Spiritu sancto abluamur: qui vnum Dominum nostrum Iesum Christum in duos filios diuidunt, hominemque secundum solam dignitatis vel auctoritatis æqualitatem Deo coniunctum fuisse contendunt, naturis interim personisque diuisim subsistentibus, ii nos doceant, in vtriusnam mortem baptizati sumus. Nam si in diuini Verbi, ut seorsum per se animo concipitur, mortem baptizatos nos dicunt; incorruptibili nature corruptionem plane tribuimus, & illi qui suapte natura vita est, mortem adscribemus. Sin autem nos in illius mortem ablutos responderint, qui proprie seorsum & per se ex sacra Virgine ortus intelligitur; qui fieri potest, ut illum omnino esse, qui eiusdem cū Patre & Spiritu sancto ordinis & dignitatis est, diserte non profiteantur; fortasse etiam genito ex Deo Verbo vera filiatione spoliato, si mortis capax ille est, in cuius mortem baptizati sumus? At quis, quæso, cui modo mens vigeat, manifestam doctrinæ huius absurditatem non animaduertat? Necessario itaq; statuendum est, Dei Verbum simile nobis factum esse, mortemque in carne vltro

διὰ τῆς δόξης τῆ πατρὸς, οὐπο καὶ ἡμεῖς ἐν κενότῃ ζωῆς περιπατήσωμεν. ] ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς σκυλεύσας τὸ ἄδην, καὶ τῆς ἐκείσε μυχῶν τῶν τῆς καθάρθεντων πνύματων ὀπολύσας πληθύν, αὐε-εῖω τετήμερος. εἶτα τοῖς ἀγίοις ἐφασκε μαθηταῖς· πορθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τῆ πατρὸς, καὶ τῆ υἱοῦ, καὶ τῆ ἀγίου πνύματος· βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τῆ πατρὸς, οὕτως καὶ εἰς τὸ ὄνομα τῆ υἱοῦ, καὶ εἰς τὸ πνύματι ἀγίῳ, καὶ εἰς τὸ πνύματι ἀγίῳ. διδασκίτωσαν αὐτοὺς εἰς ἕνα ὄνομα εἰς υἱοῦ δύο τὸ ἕνα Χριστὸν καὶ υἱόν, ἀνεσθπόν τε θεῶ συναφθύναι λέγοντες καὶ μόνῳ τῶ ἰσότητι τῆς ἀξίας, ἡγρω αὐθεντίας, διηρημένων τῶ φύσεων, εἰς τὸ ἕν τὸ θάνατον ἐβαπτίστημεν. εἰ μὲν οὐκ ἰδικῶς εἰς τὸ τῆ θεοῦ λόγον, κατηρηρησόμεν εὐαγγελῶς τῆς ἀκροατοῦ φύσεως τῶ φθέρην, καὶ καθολοδιδῶ θάνατον τῆς καὶ φύσιν ζωῆς. εἰ δὲ δὴ φάμεν, ὅτι τῆ ἐν γνωστικὸς ἰδία τε καὶ διὰ μέρη καὶ καθ' ἑαυτὸν νοουμένου, πῶς οὐ κακῶν φασιν διαφανδόν, ὅτι πάντη καὶ πάντως αὐτὸς εἶη αὐτὸ ὁ σωπτεταμένον τῶ πατεὶ καὶ τῶ ἀγίῳ πνύματι, πάχα που καὶ ὄξω-ἀέντος τῆς ἀληθοῦς ὑπόπτῃ τῆ ἐν θεοῦ φῶντος λόγου, εἴπῃ ὅτι θανάτου δεκτικὸς, οὐ καὶ εἰς τὸ θάνατον βεβαπίσμετα; ἀλλ' ὅρα που πάντως ὁ νοῦ ἔχων διεγηρημένον τῶ τῆ ἐννοιῶν ἀποπίδῃ. ἐκουῶ ἀνάγκη νοεῖν, ὅτι γερονῶς καδ' ἡμᾶς ὁ τῆ θεοῦ λόγῃ, σαρκὶ πέπνισεν ἐκάν.

ANNO 411

ANNO CHRISTI 431.

ἐκὼν. βεβαπλισμῶν γὰρ οὕτως εἰς τὸ  
αὐτῷ θάνατον, ὡς ἐνὸς ὄντος ἰσοῦ, καὶ  
μὴ πλεὺν τῆς θεότητος φύσιν ἀπαθείς,  
παθητῶ δὲ καὶ πλεὺν σαρκῶ. ὅτι δὲ  
ἡμᾶς εἰς καμνότητά ζωῆς μεταπέλασται  
Χριστός διὰ τῆς ἀναστάσεως, πῶς αὐτῷ  
ἐνδιδασκέ τις; παρίστησι γὰρ ἡμᾶς  
ἐαυτῷ τε καὶ τῷ πατρὶ ὡσεὶ ἐν νε-  
κρῶν ζῶντας, κατὰ γέγραπται καὶ δο-  
ξανόντας μὴ τῇ ἀμάρτια, ζῶντας δὲ  
τῇ δικαιοσύνῃ.

γγ.

Εἰ γὰρ τὸ πνεῦμα τῷ ἐγγύρατος Ἰη-  
σοῦ Χριστοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγγύρας  
ἐν νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, (ζωοποιήσας  
καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν διὰ τὸ ἐνο-  
κωῦτος αὐτῷ πνεύματος ἐν ἡμῖν)  
ζῶν μὴ ὅτι καὶ φύσιν ὁ μονογενῆς τῷ  
θεοῦ λόγος. Ἰησοῦς γὰρ τῷ θανάτῳ κατό-  
χον ἡμῶν πᾶσι σώματα, καὶ χάριτι μὴ  
θεοῦ διὰ τῆς ἰδίᾳς σαρκὸς ὑπὲρ πάντων  
ἐβίωσε το θανάτου, θεϊκῶς γὰρ μὴ ἀ-  
νεβίω, καὶ ὅτι ἐν τῷ διωκτῶν κρη-  
ταῖς αὐτῶν ἰσοῦ αὐτῷ. ταῦτ' ἐστὶν κα-  
τὰ γὰρ τῶν δόξῶν ἡμῶν διδοδοθέντας  
λόγους, ἐξηγῆσαι λέγεται ὡς τὰ  
πᾶσι. πάλιν ἐκεῖνο δὴ πάλιν φέρε  
δὴ, φέρε καὶ ἀσθησῶμεν, εἰ δοκεῖ. ζωο-  
ποιήσας ἐφ' ἡμῶν πατέρα καὶ τὰ ἡμῶν  
σώματα διὰ τὸ πνεύματος αὐτῷ ἐνο-  
κωῦτος ἐν ἡμῖν καὶ ἀληθῆς ὅτι τὸ χη-  
μα ὅτι, ἐκ αὐτῶ ἐνδιδασκέ τις. ἀλλ' αὐ-  
τὸ δὴ τὸ πνεῦμα τὸ ζωοποιῶν καὶ αὐτῷ  
πνεῦμα ὅτι Χριστός. γέγραπται γὰρ  
ὅτι ὑμεῖς μὴ ἐν ἐσέ ἐν σαρκί, ἀλλ' ἐν  
πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα θεοῦ οἰκεῖ ἐν  
ὑμῖν. εἰ δὲ τις πνεῦμα Χριστοῦ ἐκ ἐχθ-  
οῦτος ἐκ ἐστὶν αὐτῷ. καὶ πάλιν ὡς τῶν  
ἀγίων ἀποστόλων ἐλθόντες δὲ καὶ  
τῶν Μυσίαν, ἐπέεραρον εἰς τὴν Βιθυ-  
Concil. Tom. 5.

subiisse. Hac enim ratione in  
mortem illius baptizati sumus,  
cum non nisi vnus tantum sit Fi-  
lius, qui quidem secundum diui-  
nitatis naturam pati nihil potuit,  
secundum humanam autem po-  
tuit. Tandem quod Christus per  
resurrectionem in vitam nouita-  
tem nos transformet, id in quæ-  
stionē non cadit. Sinit enim nos  
veluti ex mortuis viuentes & sibi  
& Patri. Scriptum est namque:  
Mortui quidem peccato, viuentes Rom. 6.  
autem iustitie.

LIII.

Quod si Spiritus eius qui susci- Rom. 8. v. 11.  
tauit Iesum Christum a mortuis, ha-  
bitat in vobis; qui suscitauit Iesum  
Christum a mortuis, viuificabit  
mortalia corpora vestra per inhabi-  
tantem Spiritum eius in vobis. Et si  
vnigenitum Dei Verbum secun-  
dum naturam vita est; attamen  
quod corpus morti obnoxium in-  
duerit, gratia Dei per propriam  
carnē pro omnibus gustauit mor- Hebr. 2. v. 9.  
tem; verum diuina virtute ad vi-  
tam rediit; quatenus impossibile e-  
rat a morte illum teneri. Ob has ita-  
que rationes a Patre e mortuis ex-  
fufcitatatus dicitur. Iam vero accu-  
rate, si videtur, expendamus, quo-  
modo Patrem mortalia quoque  
nostra corpora per Spiritū suum  
qui habitat in nobis, viuificatu-  
rum prædicet. Viuificabit itaque,  
neque de huius rei veritate dubi-  
tare licet: verumtamen idem ille  
viuificus Spiritus, Christi quoque  
Spiritus est. Scriptum est enim:  
Vos non estis in carne, sed in spiritu; Rom. 8. v. 9.  
si tamen Spiritus Dei habitat in vo-  
bis. Si quis autem Spiritum Christi  
non habet, hic non est eius. Et rur-  
sum de sanctis apostolis ita scri-  
bitur: Cum venissent autem in  
Mysiam, tentabant ire in Bithy-  
A. 16. v. 7.

Pp

\* ἡμῖν.

\* ἰσοῦ τῷ  
θανάτῳ.

niam; & non permisit eos Spiritus Iesu. Cum Spiritus ergo ipsius quoque exfulcitati proprius sit, quantumuis Deus Pater in Spiritu nos viuificare dicatur; quis ambigat, resurrectionem in humanam naturam ad eum modum cecidisse, vt eam tamen Deus Verbum vna cum Patre, ex quo naturaliter procedit, effecerit, cuius viuificus ille Spiritus proprius quoque existit?

LIV.

2. Cor. 13. v. 3.

An experimentum quaritis eius, qui in me loquitur Christus; qui in vobis non infirmatur, sed potens est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo: sed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis. Nonnulli eorum qui crediderunt, offensionem de Domino nostro Iesu Christo ex quorundam sermonibus passi, in eiusmodi cogitationes præcipites abierant: Si verus Deus erat, naturalisque omnipotentis Dei filius, cur homicidarum manus non effugit? nam probrosissimam in cruce mortem perferendo, intelligi non potest, quomodo & Deus extiterit, & crucifigentium tamen manibus cesserit, nostrisque infirmitatibus obstrictus fuerit. Ad huiusmodi autem cogitationes beatus Paulus ita respondet: Si volueritis apud animos vestros serio considerare, quisnam & qualis sit qui in me loquitur, ea sedulo reputantes, quæ ad nos spectant, idoneam mox nodi huius solutionem reperietis. Non enim infirmus fuit in nobis, sed per Spiritum suum præpotentem, virtutem efficacitatemque ostendit; talem nimirum, vt citra omnem difficultatem quoquis irruentium

νίδου πορθηθῶμαι, καὶ ἐν εἰασεν αὐτῶν τὸ πνεῦμα τοῦ Ἰησοῦ. ὅτε τοίνυν ἰδίον ἔστι τὸ πνεῦμα καὶ αὐτῶ τῶ ἐκζηρημένου, καὶ τοῦ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ζωοποιου ἡμῶν ἐν πνεύματι, πῶς ἔστι ἀμφιβάλλειν, ὅτι πῶς ἔρακται μὲν πῶς τὸ ἀνεσθῆναι ἢ ἀνάστασις, ἐνήρηκε δὲ τὸ πνεῦμα καὶ τοῦ ἰδίου πατρὸς ὁ δὲ αὐτῶ καὶ φύσιν θεοῦ λόγος, οὗ καὶ ἰδίον ἔστι τὸ πνεῦμα τὸ ζωοποιου;

ANNO CHRISTI 431.

νδ.

Εἰ ὁ δοκιμῶν ζητεῖτε τῶ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ, ὅς ἐστι ἡμῶν ἐκ ἀδενεί, ἀλλὰ δυνατῶ ἐν ὑμῖν. καὶ γὰρ εἰ ἐσαυρώθη δὲ ἀδενείας, ἀλλὰ ἐν ἐκ δυνάμεως θεοῦ καὶ γὰρ ἡμεῖς ἀδενόδομοι ἐν αὐτῶ, ἀλλὰ ἡσοδομοὶ αὐτῶ ἐκ δυνάμεως θεοῦ εἰς ὑμῶν. ἔσκαμδαλίζοντο ἕνεκ τῆς πεπεσκότων εἰς κύριον ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστόν, τάχα πῶς λόγους τοῖς παρὰ ἡμῶν ἐπενωθῆναι πῶς ἐννοίας τοιαύτας εἰς θεοῦ ἡμῶν ἀληθῶς, καὶ υἱὸς καὶ φύσιν τῶ πάντα ἰσχύοντος θεοῦ, πῶς οὐ διέδρα τῶ τῶ φονῶντων Ἰησοῦν; πῶς δὲ καὶ ἀπῆλθεν τῶ Ἰησοῦ ἐξ ὄλου θάνατον ἀναπαύ, ἐκ αὐνοῦτο καὶ μάλα εἰκότως ἀδενῆσαι καὶ ἡμῶ, καὶ τῶ τῶ σαυρωῦντων ἡπῆσθαι χάρις; πῶς δὲ τῶ πιάδε φησὶν ὁ θεαπέσι Παῦλος εἰ γὰρ δὴ βούλοισθε δοκιμαζέσθαι ὁρθῶς, ἕως αὐ εἶπ, καὶ πῶς ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, τῶ καὶ ἡμῶ αὐτῶ ἐννενοηκότες, ἔδοξε ἡμῶν ἀπῆλθεν πῶ κατὰ ληψιν. οὐ γὰρ ἡδένησαν ἐν ἡμῶν, ἀπέφλωε ὁ μάλλον δυνατῶν παρὰ τῶ ἰδίου πνεύματος, ὥστε δυνάσθαι παντὸς κατὰ μέγιστον

ANNO CHRISTI 431.

παρασμοδὴ καὶ μάλα βραδύως, καὶ ταῖς  
 τῆς πατρῶν ἐφοδοῖς ἀνιφερῶς νεα-  
 νικῶς. ἡ οὖν, ὦ Παῦλε, φαίης αἰ,  
 ἐκ ἀδενείας ἔργον φῆς εἶ) τὸ ὑπο-  
 μείναι σωρὸν, ἀλλ' ἐνδύξιν εἶ) τὸ χεῖ-  
 μα δυνάμεως; ἄρα τῆς θεοπρεποῦς;  
 οὐδ' οὐκ, Φησὶν. ὁμολογῶ γὰρ αὐ-  
 τῷ ἠδενήκεναι σαρκί, ζῆσαι δὲ πάλ-  
 λιν ἐκ δυνάμεως θεοῦ. θεὸς γὰρ ἡ  
 φύσις. πῶς οὖν ἠδένησε; συχωρήσεις  
 πῶς ἰδίῳ σώματι ἐθανάτου ἰβλασται  
 δι' ἡμᾶς, ἵνα διὰ τὸ θανάτου κατ' ἀρ-  
 σῆ τὸ κράτος ἔχρητα ἐθανάτου, του-  
 πέσι (W) διάβολον καὶ ἀπαλλάξῃ του-  
 τῶν, ὅσοι φόβου θανάτου διὰ παντὸς  
 τῷ ζῶν ἐνοχοὶ ἦσαν δουλείας. ὅτε πεί-  
 νω τὸ ἀδενήσαι βραχὺ, κατὰ γὰρ πλε-  
 σαρκὰ φημι, σωτηρίας ἡμῶν πα-  
 φασί τοῖς αἰῶσι τῷ ὑπο οὐρα-  
 νόν, πῶς ἐκ ἐδὲ πατρῶν τὸ ἀδενήσαι, ἵνα  
 δι' αὐτῆς κατ' ἀρσῆ τὸ θάνατον; θαν-  
 μάζεται πάλιν τὸ αὐτῷ ζωοποιήσας  
 ναόν, ἐκ τῆς ἀδενείας τῆς κατ' ἀρσῆ  
 σαρκικῆς, ἀλλ' ὡς ἐκ δυνάμεως θεοῦ.  
 ἐστὶ δὲ αὐτὸς ἡ δυνάμις τῆς πατρῶς, ἡ  
 αἰάσασίς ἐκ τῆς ζωῆς. ζῆ τῆς ζωῆς αἰ-  
 ζῶν γὰρ ὄντιν. ὅπ' ἡ καὶ ἡμεῖς ζῆσιν με-  
 σω αὐτῷ, σωηθησόμεθα αὐτῷ, κατὰ  
 γὰρ τὸ δοθῆναι τῶν πῶς, εἰ καὶ ἐν ἐλπί-  
 σιν ἐσμὲν τὸ εἰς αἰῶνα ζωῆς, πῶς ὄντιν  
 ἀμφιβαλεῖν; ἀνέβίω γὰρ ἐκ νεκρῶν,  
 ὁ δὲ εἰς ζωὴν γεγονώς τῆς φύσεως εἰ-  
 ρηται γὰρ παροπτοκος ἐκ νεκρῶν, καὶ  
 ἀπαρξῆ τῆς κεκοιμημένων.

νέ.

Νῦν ἡ ψυχὴ μου τετάρακται. καὶ τί  
 εἶπω; πᾶτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας  
 ταύτης. ἀλλὰ διὰ τὸ ἦλθον εἰς τὴν ὥραν  
 ταύτην. πᾶτερ, δόξα σοὶ τὸ ἕν. καὶ  
 πάλιν ἤρξατο λυπεῖσθαι, καὶ ἀδημο-  
 Concil. Tom. 5.

tentationum impetus propulsa-  
 re, cunctisque afflictionum insul-  
 tibus animose obistere liceat.  
 Quid ergo? dicit aliquis, o Paule;  
 an non infirmitatis indicium fuit  
 crucem sustinere? Itane vero ea  
 res virtutis argumentum extitit?  
 an diuinæ? Minime gentium, in-  
 quit. Agnosco enim illum carne  
 infirmatum esse, rursus autem di-  
 uina virtute reuixisse. nam Deus  
 natura erat. Cur igitur, aut quo-  
 modo infirmatus est? proprium et-  
 iam corpus mortem nostri causa  
 degustare sinens, quo nimirum per  
 mortem destrueret eum qui mortis  
 habebat imperium, hoc est diabolum;  
 & liberaret eos qui timore mortis per  
 totam vitam obnoxii erant seruitu-  
 ti. Cum igitur modica secundum  
 carnem infirmitas his salutis cau-  
 sa extiterit qui sub cælo sunt, quo-  
 modo nō oppido decebat, ut eam  
 infirmitatem subiret, quo mor-  
 tem destrueret? proprio templo  
 iterum viuificato, omnibus admi-  
 rationi est, non per carnis infirmi-  
 tatem, sed per virtutem diuinam  
 hoc præstans: est enim ille Patris  
 virtus, & resurrectio & vita. Viuit  
 itaq; semper: vita namq; est. Neq;  
 dubitandum est, quin nos quoque  
 olim vita cum illo fruituri simus,  
 qui nunc simul cū illo infirmitate  
 iactamur mortem obeundo, quā-  
 uis certa æternæ vitæ spe sustente-  
 mur. Reuixit enim ex mortuis, na-  
 turæ nostræ iter ad vitā muniens:  
 appellatus est enim primogenitus  
 ex mortuis, & primitiæ dormientium.

Hebr. 2. v. 14.

1. Cor. 1. Ioan. 11.

Coloss. 1. 1. Cor. 15. v. 20.

L V.

Nunc anima mea turbata est. Ioan. 12. v. 27.  
 Et quid dicam? Pater, salua me ex  
 hac hora. Sed propter hoc veni in ho-  
 ram hanc. Pater, clarifica filium  
 tuum. Et alio loco rursus: Et cepit  
 contristari & mæstus esse, & dixit:

Pp ij

Math. 26. v. 37. Luc. 23. v. 46.

Tristis est anima mea usque ad mortem. Et rursus: Et clamans voce magna Iesus, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Qui Apollinarii opinionem sequuntur, eiusdemque sententiae subscribunt, hi templum Deo vnitum, inanime ac ratione destitutum fuisse contendunt: sed quid illi, obsecro, respondere possunt, cum sanctos euangelistas talia de omnium nostrum Salvatore literis prodidisse legunt: Nam cuius, quæso, tristitia, aut eorum omnium quæ merum arguunt, summa illa diuinaque Verbi natura tandem capax esse queat? Maior est enim, quam quæ istiusmodi rebus vlla ex parte affici, aut vllis omnino humanis perturbationibus commoueri valeat. At vero in corpus sensusque mentisque expers, tristitia dolorisve sensus cadere non potest: sed neque molestiam vllam, aut vllum omnino mœrorem ex imminentium incommodorum prouisione concipiet aliquando: eiusmodi autem, dum quæ præsentia sunt, & adhuc futura trahuntur, mente pertractat, anima rationis & intelligentiæ compos pati solet: id quod omnes, vt puto, fatentur. Quomodo itaq; Emmanuel ait: Nunc anima mea turbata est? quomodo idem tædere ac mœstus esse cœpit? aut qualem tandem spiritum in manus Patris commendauit, si hoc & a diuinitate prorsus alienum est, & a carne sola inanima? Perspicuum est ergo, Vnigenitum corpore assumpto, non quidem illo inanimi, aut mente destituto, sed anima ratione prædita, eademque perfecta, hoc est, omnia quæ ad illius rationem perti-

νείν, κὺ λέγον' ἀφ' ἑλπιότος ὄστιν ἡ ψυ-  
χῆ μου ἕως θανάτου. κὺ πάλιν' κὺ  
Φωνήσας Φωνῆ μεγάλη ὁ Ἰησοῦς, εἶ-  
πε· πᾶτερ, εἰς χεῖράς σου \* ἀπατίθη-  
μι τὸ πνεῦμά μου. ] Θ' τῆς Ἀπολι-  
ναρίου δόξης ἡ πλάσμα, κὺ τὰ αὐ-  
τῶ δοκιοῦτα φρονεῖν ἡρηιδμοί, ἐπι-  
σάμμοί τε κὺ λέγοντες, ἀψυχόν τε  
κὺ ἀνοῦν ὑπαρχειν Θ' ἐνωθέντα τῷ  
λόγῳ ναόν, ἡ δὲ ἀρεσ φάινεν δὴ, γε-  
ρα φότων ἡμῶν τὰ ποιάδε τῆς ἀγίων  
διαφελιστῶν ἀπὸ τῶ πάντων ἡμῶν σω-  
τήρη Χριστοῦ; ποίας μὲν γὰρ, κὺ  
λύπης, κὺ τῆς εἰς ἐθλίαν ἀψυαμα-  
των ἀνεπίδεκτος παντελῶς εἶναι αὐτῶ  
τὰ γὰρ τὸ εἶδος ἡ θεία τε κὺ αἰωτάτω  
τῶ λόγου φύσις· παρατήσεται γὰρ  
εἰς ἅπαν τὸ εἶναι τοῦτοις εἶναι ποτε,  
κὺ πατῶν ὅλως τῆς κὰδ' ἡμᾶς ἐκ  
ἀνέξετα. σῶμα δὲ πάλιν ἀψυχόν  
τε κὺ ἀνοῦν ἐκ δὴ εἰσδέξατο λυ-  
πίω, ἀλλ' οὐδ' αὐτὸ ἐνοησέ ἡ τῆς  
συσθεσπῶν, ἡ ὅκ τ' ἐσάδ' ἀρεσ-  
δοκωιδμῶν ἀρεσναδρήσ φέβ. Θ.  
πάδοι δ' αὐτὸ τὰ ποιάδε κατὰ γὰρ τὸ  
πᾶσιν, ὡς γὰρ ὄμα, δοκιοῦ ψυχῆ  
λορικῆ κατὰ σκεπτοιδμῆ τῶ νῶ, τὰ τε  
ἡδὴ παρόντα, κὺ ἀρεσ γὰρ τοῦτοις  
τὰ συμβεσῶδμῆ. πῶς οὖν ἀρεσ  
φῆσιν ὁ Ἐμμανουήλ· νῦν ἡ ψυχῆ  
μου τετάρακται; πῶς δὲ κὺ ἡρξαστο  
λυπεῖσθαι κὺ ἀδημονεῖν; ἡ κὺ ποί Θ'  
ὄλως εἰς χεῖρας ἡ θεοῦ κὺ πατῆρος ἀρεσ  
ἐδέτο τὸ πνεῦμα; εἰ κὺ τῆς θεότητος τὸ  
χεῖμα ὄστιν ἀλλόπελον, κὺ μηδὲ μῶ-  
νης ἀψυχου σαρκίος. ἀρεσθλον οὖν,  
ὅπ' γέρονεν αὐθεσπος ὁ μονοχῆης, ἐκ  
ἀψυχόν τε κὺ ἀνοῦν σῶμα λαβῶν,  
ἐψυχωιδμῶν δὲ μάλλον ψυχῆ κὺ λο-  
ρικῆ, κὺ τελείως ἐρῶση κατὰ γὰρ Θ'



ANNO CHRISTI 431.  
 αὐτῆ περὶ ποντα λόγον. καὶ ὡσαυτ οὐ  
 κειοῦται πάντα τὰ ἴδιου σώματος,  
 οὕτω καὶ τῆ ψυχῆς. ἔδει γὰρ αὐ-  
 τῷ διὰ παντὸς ὁραῖσθαι παρὰ τὸ  
 σαρκικὸν καὶ ψυχικὸν δι' ἡμᾶς \* γε-  
 γρονότ' ἐσμὲν δὲ καὶ ἡμεῖς ἐκ ψυ-  
 χῆς λογικῆς τε καὶ σώματ'. ὡσαυτ  
 δὲ οικονομικῶς συγκεχώρηκε τῆ ἰδέα  
 σαρκὶ καὶ παθεῖν ἔδει ὅτε τὰ ἴδια, οὐ-  
 τὼ πάλιν καὶ τῆ ψυχῆ συγκεχώρη-  
 σε τὰ οὐκ εἶα παθεῖν καὶ τὸ πῆς κενώ-  
 σεως μέτρον τετήρηκε πανταχοῦ, καί-  
 τοι θεὸς ἂν φύσις, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν  
 πλὴν κτίσιν. ὡραπίσθηται δὲ τὸ ἴδιον  
 πνεῦμα τῶ θεῷ καὶ πατερι, οὐδέστι  
 πλὴν ἐνωθεῖσαν αὐτῷ ψυχῆν, ἵνα ἡ-  
 μας καὶ διὰ τούτου πάλιν διεργετή-  
 σι. πάλαι μὲν γὰρ ἀπαλλαχθὲν ἀπὸ  
 τῆ σαρκῶν ἐν τοῖς ἰσχυροῦσι μω-  
 χοῖς αἱ τῆ ἀνθρώπων ψυχῆ κατε-  
 πέμποντο, πληροδοῦν τὰ τῆ θανά-  
 του τρυμνία. ἵπτα δὲ Χριστὸς τὸ ἴδιον  
 πνεῦμα παρέδωκε τῶ πατρι, καὶ  
 ταύτην ἡμῖν ἐνκαινίσεν πλὴν ὁδόν.  
 βαδιοῦμεθα γὰρ ἐκ εἰς ἄδου πόθεν;  
 ἐφόμεθα δὲ μάλλ' καὶ κτ' ἴστο  
 αὐτῶ τῶ πτω κήσῃ τὰς ἑαυτῶν πα-  
 ραδέχμενοι ψυχῆς, ἐν ἐλπίσιν ἐσ-  
 μὲν ἀγαθαῖς. ἐγερεῖ γὰρ ἅπαντας ὁ  
 Χριστός.

νς.

Καθὼς ἀπέστρέψε με ὁ ζῶν πατήρ,  
 καὶ γὰρ ζῶ διὰ τὸ πατέρα καὶ ὁ ζῶντων  
 με, καὶ κενός \* ζῆσθ' δι' ἐμέ. ἡ δὲ εὐαγγε-  
 λιστῶν τ' εἰς δύο Χριστοὺς διορι-  
 ζόντων τ' ἕνα ἕως δὴ ἀρεθῆν ὁ ἀπε-  
 σταλμῶν ὡρα τῆ θεοῦ καὶ πατρὸς,  
 καὶ ζῶν δι' αὐτῶν, ὑπαρῶν τε διὰ  
 τῆ ζωοποιός; εἰ μὲν οὐκ ἡμῶν  
 καὶ καθ' ἑαυτὸν ὁ θεὸς αὐτῶ λόγος,

mato, hominem factum esse. Et quemadmodum omnia quæ sui corporis sunt sibi adscribit, ita & ea quæ ad animam spectant. Necesse enim fuit, ut in omnibus, siue ea ad animam, siue ad corpus pertinerent, nobis assimilaretur. Constamus autem & nos ex anima rationali & corpore. Quamobrem ut nonnunquam propriæ carni ea pati dispensatorie permittebat quæ carnis sunt propria, ita animam sua quoque pati permisit. Denique licet natura Deus esset, omnique creatura superior; quæ tamen exinanitionis erant, ea semper accurate obseruauit. Porro autem spiritum suum, hoc est, animam sibi vnitam, Deo & Patri commendat, ut nouo rursus beneficio per hoc nos cumulet. Quondam namque humanæ animæ corporibus exuta ad subterraneos carceres demittebantur, mortis receptacula illic impleturæ: at vero posteaquã Christus spiritum suum in manus Patris commendauit, etiam hanc viam nobis demutauit. Nec enim nunc descendimus ad inferos, sed duccem nostrum pone subsequimur, animisque nostris illi veluti fido conditori commissis, tantisper bona spe viuimus, quoad Christus vniuersos tandem ad vitam reuocabit.

LVI.

Sicut misit me viuens Pater, et ego uiuo propter Patrem: et qui manducat me, et ipse uiuet propter me. Libenter hic eos interroga- rem, qui vnum Christum in duos diuidunt, vternam ille sit qui a Deo Patre misus, propter Patrem uiuit, & ob id viuificus existit: Nam si illius Verbum nudum per se positum esse dicunt; quo-

Pp iij

modo, quaeso, illud a nobis, ut vi- uamus per illud, manducatur? nam diuinitas suapte natura cor- pore penitus vacat. Si autem ho- minem tantu per se seorsum con- ceptum, missum asseuerant; quo- modo viuificandi vim ex eo ha- bet, quia vitam ex Patre obtinet? An non omnes quotquot in terris degimus, Deo & Patre nos viuifi- cante, vitam agimus? An non in ipso viuimus, mouemur & sumus? Cum ergo omnes per Patrem vi- uamus, quomodo vnus tantum hominis corpus ea de causa viuifi- cum praedicatur? Cur nostra quoque corpora eandem pote- statem adepta minime sunt, siqui- dem omnes, ut dixi, per Patrem viuimus & sumus? Ecquid ergo ad haec dicemus? Dei Verbum, cum in humana forma apparuit, apostolus fuit, hoc est missus. Mis- sum est enim ad praedicandum capti- uis remissionem, & caecis visum. Viuit autem propter Patre, quia ex viuente Patre genitum est. O- portuit enim modis omnibus eu vitam esse secundum naturam, qui ex viuente & vita Deo Pa- tre ortum ducebat. Quoniam ve- ro corpus ex sacra Virgine sum- ptum sibi adsciuit, fecit illud viuificum, & id quidem admodum congrue: est enim corpus vitae omnia viuificatis. Fas itaque non est, vnum Filium & Christum & Dominum in duos filios disper- tire; siquidem idem ipse & vi- ta est, quoniam ex vita viuente- que Patre natus est; & per pro- prium corpus rursus viuificus est, utpote Deus homo similis no- bis effectus.

Act. 17. v. 28.

1 Cor. 4. ex I Cor. 61.

L VII.

Ioan. 5. v. 28. Sicut enim Pater vitam habet in

πως εαδεται παρς ημω, να ζητω- μω δι αυτον; ασωματον γδ τη φυ- σι το θεου. ει δε μον και καδι εαυ αυ θεσπον ειναι φασι απε- σαλυω, πως αρα δετι ζωοποιος, οη ζη δια πατερα; καιτοι πως ουχ απαντες οπι της ζωης εν ζω- σιν εσμεν, ζωοποιουτος τε θεος και πατρς ημας, εηπρ δετι δηλητες, οη ζωω εν αυτω, και κινουμθα, και εσμεν; οτε ζινωω ζωωω απαντες δια πατερα, πως δη μον το ενος ανθεσπου σωμα το ποιωυ δετι τετο, και ουχ μαλλ τιω αυτω ενεργσαν εχ και τα ετερα, εηπρ απαντες, ως εφω, εσμεν τε και ζω- μω δια πατερα; τι ουω παρς ταυτα φωμω; απωσολ κερη- μαλκω ο τε θεος λογος, εν ανθεσ- πεια μορφη πεφηνως απεσαλη γρ κηρυξα αιχμαλωτοις αφεσιν, η πυφωις αναβλεψεν. ζη δε δια πατερα γαρηνηται γδ εν ζωτω πατρς. εδγ γδ, εδγ παντι τε η πα- τωσ κτ φυσιν ειναι ζωω εν ζω- πωσ τε και ζωης τε θεος και πατρς ενπεφυκωτε υον. ηπρ δε ιδι εποιησατο το σωμα εν της αγιας πρδου ληφεν, ζωοποιον απε- φωωεν αυτω και μαλα εικότως σω- μα γαρ δετι της τα πάντα ζωορου- σης ζωης. εκουω ου διαρετε ες υοις δυο ενα υον και κερων η κωε, εηπρ δετι ο αυτωσ ζωη μω ως εν ζωης η ζωωω πατρς, ζωο- ποιος δε η δια τε ιδιου σωματω, ως καδι ημας γερωως η ενανθεσ- πησας θεος.

ANNO CHRIS. 431.

vζ.

Ωσπερ γδ ο πατηρ εχ ζωω εν

ANNO  
CHRISTI  
431.

ἑαυτῷ, οὕτω καὶ τῷ υἱῷ δέδωκε  
ζωὴν ἔχον ἐν ἑαυτῷ· καὶ ἐξουσίαν  
ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιῆν, ὅτι  
υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν. ] ἵνα δὴ ἕ-  
πον οἰκτιρῆ τις αὐτῷ ἔχον ἐν ἑαυτῷ πλὴν  
ζωῆς πατέρα; ἄρα γὰρ ἔξωθεν  
καὶ εἰσκεκεμενῶν, καὶ πρὸ ἐπέ-  
ρου δοθεῖσαν; καίτοι πῶς οὐ λῆρο-  
αὐτῷ εἶναι τὸ γε φρονεῖν, ἢ λέγειν;  
ἔχον γὰρ οὐ μεταίαν ὁ λόγος τῆς ἀ-  
πορήτου φύσεως πλὴν κατάρρησιν.  
ἡρώπων μὲν γὰρ οὐχ ἀπλοῦς ἐπὶ πλὴν  
φύσιν ὁ τῆς ὁλων ἕσται θεός, συνθε-  
τὸν δὲ μάλλον, εἰπὼν ὅτιν ἐτέρα  
πρὸ αὐτῶν ἢ ἐν αὐτῷ ζωῆ. εἶναι δὲ αὐτῷ  
καὶ μείζων αὐτῷ, καὶ ἐν ἀμείνοσιν ἀ-  
συγκρίτως, ὁ ὡς ἐκ ἕχοντε δοῦν πλὴν  
ζωῆς, εἰπὼν ὅλων ἀλοῖα λαβῶν.  
ἀλλ' ἐστίν, ὡς ἐφω, τῆς ἄραν ἀπι-  
χεσάτων τὸ ὡς τε ἔχον οἰεσθαι τα-  
πὶ, καὶ ἕχοντε ἐνοεῖν εἰσκεκομισ-  
μῶν ἐλεῖν πλὴν ζωῆς θεῶν καὶ  
πατέρα. ἔχον τίνω ἐν ἑαυτῷ πλὴν  
ζωῆς ἐκ ἐπίκτητος ἢ εἰσκεκεμέ-  
νωσ, φροσικῶσ δὲ μάλλον ἐνυπαρ-  
χουσαί τε αὐτῷ, καὶ οὐσιώδη καρ-  
πῶν. οὕτω δέδωκεν ἔχον καὶ τῷ υἱῷ  
πλὴν ζωῆς. εἶτα πῶσ αὐτῷ δυνάμιο  
λαβῶν ὁ υἱός, οὐσιωδῶσ ἔχον ἐν  
ἑαυτῷ πλὴν ζωῆς; τουτὶ γὰρ, οἶμαι,  
Φαίη τις αὐτῷ. ἔχον τίνω ὡσ ὅξ αὐ-  
τῷ καὶ φύσιν ὑπαρχῶν, ἐν ἑαυτῷ  
πλὴν ζωῆς, καὶ ὁ νοεῖται θεός. δέ-  
χεται δὲ μάλλον μᾶλλον τῷ καὶ κρι-  
νεν αὐτῷ, καίτοι κριτῆσ ὑπαρ-  
χῶν ὡσ θεός. καὶ τις αὐτῷ εἶναι τῷ λα-  
βεῖν ὁ ἕχον, διδάξει λέγων αὐ-  
τῷ, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν. οὐ γὰρ  
ἴδιον ἀνθρώπου τὸ δυνάμιο οἰκοδε

semetipso; sic dedit & filio vitam  
habere in semetipso: & potestatem  
dedit ei & iudicium facere, quia Fi-  
lius hominis est. At quomodo (que-  
rat hic quispiam) Pater vitam ha-  
bet in semetipso? Numquid alium  
de acceptam, vel ab alio datam?  
Nequaquam. Istud namque do-  
cere vel opinari, quid esset aliud  
nisi apertum delirium? imo vero  
quid nisi manifesta aduersus inef-  
fabilem illam naturam blasphe-  
mia? Primo namque, si vita quam  
habet, ab ipso diuersa foret, vni-  
uersorum Deus non esset natura  
quædam simplex, sed composita.  
Ad hæc, si vitam aliunde accepis-  
se statueretur, is utique qui vitam  
non habenti impertiret, citra om-  
nem controuersiam multis par-  
tibus illo maior, bonisque omni-  
bus cumulator foret. Denique  
existimare, hæc ita habere, hoc  
est, imaginari Deum Patrem vi-  
tam aliunde, & quasi aduëtitiam  
obtinere; hoc nihil aliud esset, vt  
dixi, quam absurdissime delirare.  
Habet itaque Pater vitam in se-  
metipso non adscititiã vel aduen-  
titiam, sed naturaliter potius qua-  
si substantialem fructum in seip-  
so existentem. Atque ad eundem  
modum & Filio quoque vitam in  
semetipso habere dedit. Et quo-  
modo Filius, cum vitam a Patre  
acceperit, substantialiter eam in  
se possit habere? Id namque, vt  
puto, aliquis dicere possit. Habet  
ergo & Filius, cum ab ipso Patre  
secundum naturam sit, vitam in  
seipso, prout Deus est: at vero v-  
na cum iudicandi potestate illam  
accepisse dicitur; esto vt Deus  
omnium iudex existat. Porro autem  
quæ suscipiendi extiterit ratio,  
id ipse insinuat, dum addit:  
Quia Filius hominis est. Non enim  
proprium est homini vitam a se-

Quia Filius hominis est. Non enim proprium est homini vitam a se-

metipso habere posse : sed quia corpus Verbi unitum viuentis Verbi factum est proprium, propterea, & id quidem admodum conuenienter, vitam accepisse dicitur, tamquam viuificam ipsius actionem habens. Rem vero ipse in se transfert, cuius proprium factum est illud corpus, quod vitam accepit.

ἔχον πλὴ ζωῆς. Ἰππὶ δὲ ἴδιον γέρονε τῆ ζωῆς λόγου τὸ ἐνώθεν αὐτῶ σώμα, ταύτη ἵ και μάλα εἰκότως, ὡς ἔχων αὐτὸ πλὴ ζωοποιὸν ἐνέργειαν, λαβεῖν λέγεται πλὴ ζωῆς. οἰκειοῦται δὲ πάλιν τὸ χεῖμα αὐτὸς, οὐ κὶ ἴδιον γέρονε σώμα τὸ εἰληφός.

ANNO CHRISTI 431

*Quod Christus verus sit Deus, etiam si Filius hominis appelletur.*

Οὐ κὰν υἱὸς ἀνθρώπου λέγεται ὁ Χριστός, ἀλλ' οὐδὲν ἧπὶ ὄν ἔστι θεὸς ἀληθινός.

LVIII.

Luc. 8.

**D**OMINVS noster Iesus Christus alicubi ita ait: *Verumtamen Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? Agendum horum verborum sensum ad libellam expendentes, videamus, ecqualem fidem Dominus noster Iesus Christus olim e caelo reuersurus exiget. Nam si homo tantum nulla re ceteris præstans a nobis vult credi, non etiam Deus, aut verus Dei Filius; neminem dubitare arbitror, talem fidem, æstimationem, vel opinionem apud paganos & Iudæos potius cõperturum, quã apud nos: quandoquidem idololatrã, ceterique qui res conditas ipsius conditoris loco venerantur, crucem & mortem quam nostri causa pertulit, audientes, in insanum mox cachinnum soluuntur miseri: & si quispiam Deum illum nominauerit, indignabundi confestim resiliunt, & hoc anthropolatricam esse definiunt. Iudæi quoque in Christum insurgentes, palam obiectare non dubitabant: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia; quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum. Cum*

Ioan. 10. v. 33.

**A**ΥΤΟΣ ποῶ φησιν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός; ἀρεῖ γὰρ ἐλθῶν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εἰρήσῃ πλὴ πῖστιν Ἰππὶ τῆς γῆς; ] Φέρε δὴ πάλιν τὸ ἴππὶ εἰρημῶν βασιανίζοντες νοῦν, ἐκείνο πειλαθησώμεν, ποῶ ζητήσῃ πῖστιν Ἰππὶ τῆς γῆς ὑπονοσήσας ἕξ οὐρανῶν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός; εἰ μὲν γὰρ πειλαθεῖται πρὸς ἡμῶν εἰρήσῃ, ὅπ θεὸς μὲν ἐκ ἐστίν, οὐδὲ θεὸς ἀληθῶς, ἀνθρώπος ὅ μάλλον, οὐδὲν ἔχων ἴππὶ καθ' ἡμῶς ἐπέκεινα πῶς ἀν ἐνδιδάσῃ εἰς, ὅπ πλὴ ποιανδὲ διάλιψεν, ἦρῳ πῖστιν τε κὶ δόξαν, οὐ πρὸ ἡμῶν εἰρήσῃ μάλλον, ἀλλὰ πρὸ ἑλλήσι τε κὶ Ἰουδαίοις; εἰδῶλο λαθεῖται μὲν γὰρ τῷ κῖπῳ πρὸ τὸ κῖπῳ λαθεῖοντες, σαυρὸν ἀκούοντες, ὃν ὑπὸ μείνε δι ἡμῶς, κὶ πρὸσέπ τ' εὐατορ, γελῶσιν τ' δειλαγοί; κὰν εἷς αὐτῶν ὀνομάξῃ θεόν, αἰαπηδῶσιν ἄλλοι, αἰαροπολαθεῖται τὸ χεῖμα διοντε εἰζόμενοι. οἱ γὰρ μὲν ἐν πειπῳ καπεφύοντο τῷ σωτήρος, λέγοντες ἐναργῶς πρὸ καλοῦ ἔργου εἰ λιπαρομῶσε, ἀλλὰ πρὸ βλασφημίας; ὅπ σὺ ἀνθρώπος ὢν, ποῖς εἰ αὐτὸ θεόν, ὅπ τῶν

ANNO  
CHRISTI  
431

πίνω οὐ πλὴν παρὰ γε τοῖς πλῆρω-  
μῶν οἷς πίνω ὅτι παρ' ἡμῶν δὲ  
μᾶλλον τοῖς ὀρθοῖς φρονεῖν εἰωθόσι,  
πᾶσα πῶς ἀνάστη διδουμένης εἰς  
ἀλήθειαν ὁμολογεῖν, ὅτι θεὸς καὶ φύ-  
σιν ὁ καὶ υἱὸς ἀνθρώπου δι' ἡμᾶς γεγο-  
νάς· ἵνα μὴ τοῖς τῶν πλῆρωμῶν  
ἐκλήμασιν ἐαυτῶν ἐπιέντες, λάθω-  
μεν τὰ ἴσα φρονεῖν ἡρημῶν, καὶ μι-  
κρὰ δοξάζοντες πρὸς Χριστὸν, κατὰ  
τὴν ἀμέλει κακῶν.

νθ'.

Φησὶ τοῦ Χριστοῦ οὐδὲ γὰρ ὁ πα-  
τὴρ κενεῖ οὐδένα, ἀλλὰ πᾶσαν πλὴν  
κρίσιν ἔδωκε τῷ υἱῷ ἵνα πάντες ἡμῶ-  
σι τῷ υἱῷ, κατὰ τὴν ἡμῶσι τῷ πατρί.  
Ἐπάλιν, ὅτι ἐλέγχετο ὡς ἴσως  
τῷ γὰρ ὁ πατὴρ ἐλάττω ἐν ἑαυτῷ,  
οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ἐλάττω ἐν  
ἑαυτῷ· καὶ ὅσοις ἔδωκεν αὐτῷ καὶ  
κεῖνον ποιῆν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ὅστι.  
Ἄλλο δὲ ποῦ καὶ ὁ μακάριος Δα-  
βὶδ, ὅτι ὁ θεὸς κενεῖ ὅστι. γέγραφε  
καὶ ὁ αὐτὸς μαθητὴς· εἰς ὅστιν ὁ νομο-  
θέτης καὶ κενεῖς. ἐκουῖν πρὸς αὐτὸν  
οὐχ ἔτερον ἢ τῶν ὄντων τὸ κρίνειν,  
πλὴν ὅτι μόνον τῷ ὅτι πάντων θεῶν.  
πῶς οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ τῷ υἱῷ ἀνθρώ-  
που; εἰ μὴ οὕτως ἐν τῷ κατ' ἡμᾶς,  
πῶς ἀληθῶς λέγων· ἔδωκεν μοι  
οὐχ ἔτερον δῶσω; θεοῦ γὰρ δόξα τὸ εἶ-  
κριτῶν. εἰ γὰρ δοῖς αὐτῷ τῷ υἱῷ, ἐκ ἕξω  
γέρονε τὴν κενεῖν αὐτὸς διὰ τὴν  
ταυτότητα τῆς οὐσίας· ἐστὶ δὲ ὁ λα-  
βὼν υἱὸς ἀνθρώπου· πῶς οὐχ ἅπαντες  
ἐναργεῖς, ὅτι θεὸς μὲν ὅστιν ὁ λόγος  
διὰ τὸ ἐκ θεοῦ πατρὸς ἀπορρήτων γλυ-  
νησιν; ὁ αὐτὸς δὲ καὶ υἱὸς ἀνθρώπου  
modo omnibus manifestum non fit, Verbum propter ineffabilem  
illam ex Deo Patre generationem, Deum esse; idemque rursus,

Concil. Tom. 5.

ciusmodi ergo fidem exacturus  
non sit, qualem errantes habent,  
sed qualem nos tenemus, qui re-  
cte sapere consuevimus; verita-  
tem sequentes necessario fateri o-  
portet, eum qui nostri causa fi-  
lius hominis factus est, Deum esse  
secundum naturam: ne videlicet  
in errantium crimina vltro nos  
abiicientes, per inscitiam illis si-  
milia sapere, atq; adeo vilia quæ-  
dam de Christo perinde ac illi  
imaginari deprehendatur.

LIX.

Neque enim Pater, ait rursus  
Christus, iudicat quemquam, sed  
omne iudicium dedit Filio; ut om-  
nes honorificent Filium, sicut hono-  
rificant Patrem. Et iterum, quod  
modo dicebamus: Sicut enim Pa-  
ter vitam habet in semetipso, sic de-  
dit et Filio vitam habere in semet-  
ipso: et potestatem dedit ei et iudi-  
cium facere, quia Filius hominis est.  
Canit alicubi beatus Dauid: Quis  
niam Deus iudex est. Quin & qui-  
dam quoque ex Christi discipu-  
lis vnum iudicem, vnumque le-  
gislatorem esse scribit. Ergo iudi-  
candi auctoritas in nullum alium  
conuenire potest, nisi in eum so-  
lum qui est omnium Dominus,  
hoc est, in Deum. Quomodo er-  
go Filio hominis iudicium tradi-  
dit? Nam si eam illi potestatem fe-  
cit, tamquam vni nobis simili,  
quomodo verax erit dum ait: Glo-  
riam meam alteri non dabo? Ad Dei  
enim gloriam pertinet, iudicium  
exercere. Si autem iudicariam  
potestatem Filio ita communi-  
cauit, ut ipse tamen propter substā-  
tiæ identitatem iudicandi ius non  
amiserit; & ille nihilominus qui  
accepit, Filius sit hominis: quo-  
modo omnibus manifestum non fit,  
Verbum propter ineffabilem  
illam ex Deo Patre generationem,  
Deum esse; idemque rursus,

Q 9

propterea quod carni unitum, perindeque ac nos ex muliere natum est, hominis Filiū esse? Cum ergo Iudæis dicit: *Cur me quaritis interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum?* & rursum: *Nemo ascendit in calum, nisi qui descendit de celo, Filius hominis.* & iterum: *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis.* aut cum de seipso ita ait: *Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cū angelis suis.* & iterum: *Quem me dicunt homines esse Filium hominis?* deniq; vt vnico verbo absoluaui, quotiescumque in scriptura diuinitus inspirata homo appellatur, non hominem scorsum per se, Verbo quod ex Deo est, secluso, mente cōcipimus; sed potius credimus, Dei Verbum dispensatorie propter nos filium hominis factum, diuinitate interim nulla ex parte amissa aut labefactata; & vnum esse Dominum nostrum Iesum Christum. Et ideo non potest summa cum impietate coniunctum nō esse, post indiuisam illam inseparabilemq; vnionem, quæ omnem omnino & mentis & rationis captum excedit plurimum, si quis vnum in duos Christos aut filios diuidat. Ceterum si cui animus esset, omnia quæ de Christo literis consignata extant, diligentius examinare, illi vtique haud nimis difficile foret plures adhuc alias sententias hinc adiungere: sed scriptum nouimus: *Da sapienti occasionem, et sapientior erit.* Vniuersorum Deus mentes vestras, religiosissimæ imperatrices, per Spiritum sanctum diriget, vt rectum sensum assequi possitis. Etenim Christus Dominus ita vos comparatas, hoc est,

διὰ τὸ ἰνώδαται σαρκὶ, καὶ καθ' ἡμᾶς ὑπομείναι γήνησιν ἐν ζωαίκοις ὅταν οὐδὲν λέγῃ πρὸς Ἰουδαίους· τί με ζητεῖτε διτοκτεῖναι ἀνθρώπον, ὃς τίω δληθῆαι ὑμῖν λελάληκα; καὶ πάλιν· καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. καὶ πάλιν καὶ καθὼς Μωϋσῆς ὑψώσθη ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆσεται δὲ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. ἢ ὅταν λέγῃ πρὸς εἰμᾶς· μέλλει γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μὲν τῶν ἀγίων ἀγγέλων, καὶ πάλιν· ἵνα με λέγῃσιν ἀνθρώποι ἐπὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου; ἢ καὶ ἀπαξάπλωσ, ὁ σακίς αὐτοῦ οὐνοῦ ὀνομαζόμενος πρὸς τὴν θεοπνεύτω γραφήν, ἐκείνη καὶ αὐτὰ μέρη ἀνθρώπων ἐπὶ φαιμῶν, διτοκτεροῦντες αὐτὸν τὸ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον πνεύματος δὲ μᾶλλον ὅτι καὶ θεὸς ὅστις δληθινός, γέγονε ἡ καὶ υἱὸς ἀνθρώπου δι' ἡμᾶς οἰκονομικῶς μὲν τῶν μῦθων τοῦ θεοῦ, καὶ εἰς ὅτι κλέος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποβῆς δὲ λόγος τὸ διορίζων εἰς δύο υἱοὺς καὶ δύο Χριστοὺς, μὲν τίω ἀδιάστατον ἔνωσιν, ἢ καὶ νοδὸν καὶ λόγον παντός ἐπέκεινά τε ὅτι καὶ ἀνώτατος. καὶ ἡ μὲν ἴσως οὐ δύναται ἀγῶν πῶς ἐσθλοῖσι βασιλεύειν ἀπαντα τὰ πρὸς Χριστὸν γεγραμμένα, καὶ πλείονων ἐνοίων ποιήσασθαι τίω πρὸς τὸν δληθῆσιν ἡμῶν τὸ γεγραμμένον· δίδου Ἐφῶ ἀφορμῶν, καὶ Ἐφῶ πρὸς ἔσται. ποδηγήσῃ γὰρ ὁ τῶν ὄλων τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ ἀγίου πνεύματος τὰς θεοφιλεστάτας ὑμῶν ἀκοὰς εἰς τὸ διδάσκειν ὁρθῶς νοεῖν. ἄρα γὰρ οὕτω Χριστὸς ἐν ὑμῖν τίω πᾶσιν

Ioan. 8. v. 40.  
Ioan. 3. v. 13.  
Num. 21.  
Math. 16. v. 27.  
Ibid. 13.

Prov. 9. v. 9.

ΑΧΩΝ  
CBB121  
434

ANNO  
 CHRISTI  
 431.

ἀκλιῆ καὶ ἀδέβηλη, σεφανώσῃ  
 πλοισίως τοῖς ἀνάγειν ἀγαθοῖς, καὶ  
 παμμακαρίους ἄποφανεῖ. πᾶσα  
 γὰρ ἡμῶν ἐλπίς ἐν Χριστῷ, δι' οὗ  
 καὶ μὴ οὐ τῷ πατρὶ ἢ δόξῃ σου  
 ἀγίῳ πνύματι εἰς πάντας τῶν  
 αἰώνων. Ἀμήν.

firma ac stabili fide ornatas inue-  
 niens, cælestibus bonis affatim lo-  
 cupletabit, longeque beatissimas  
 efficiet. Omnis namque spes no-  
 stra in Christo sita est: per quem  
 & cum quo Patri cum Spiritu san-  
 cto sit gloria in sæcula sæculo-  
 rum. Amen.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ 5.

CAPVT VI.

Κυρίλλου Ἐπισκόπου Ἀλεξαν-  
 δρείας πρὸς Νεστορίον, ἡνίκα ἐ-  
 μαθεν αὐτὸν κακῶς φρονεῖν.

Cyrilli episcopi Alexandria  
 ad Nestorium, cum rescivit  
 eum male sentire.

Τῷ ἀλαβειστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ  
 Ἐπισκόπῳ συλλειτουργῷ Νεστο-  
 ρίῳ, Κύριλλος Ἐπίσκοπος  
 ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Religiosissimo, Deique amantif-  
 simo episcopo & comministro  
 Nestorio, Cyrillus episcopus  
 in Domino Sal.

ΑΝΔΡΕΣ αἰδέσιμοι καὶ πί-  
 σεως ἄξιοι ᾤραγεγόνασιν ἐν  
 Ἀλεξανδρείᾳ. εἶπε μετέδδουσαν ὡ-  
 σανεὶ καὶ τῆς οἷς θεοσεβείας ἀγα-  
 νακτούσης σφόδρα, καὶ πάντα κά-  
 λων κινούσης εἰς τὸ λυπεῖν ἐμέ. βου-  
 λομένη δέ μοι τῆς οἷς θεοσεβείας  
 πῶς λυπῶ ἀναμαρτίῳ, ἔφασαν  
 ὅτι πῶς πρὸς μοναστὰς ἀγίους γε-  
 νομένη Ἐπιστολῶν περὶ φέροισι λι-  
 νες τῶν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ  
 ἢ τῶν μίσις ἀφορμῇ καὶ τῆς ἀπ-  
 δίας αὐτῆ γέρονε. περὶ μακαρί-  
 νου, εἰ μὴ ἐκεῖνο μάλλ' ἢ σὴ  
 θεοσεβεία καδ' ἐαυτῶν ἐλογίσαστο.  
 οὐ γὰρ πρὸς ἐμῆς γραφείσης  
 Ἐπιστολῆς ὁ Ἐπί τῆ πίστι γέρονε δό-  
 ρυθ', ἀλλ' ἢ εἰρημνῶν ἰνῶν πα-  
 ρὰ τῆς οἷς θεοσεβείας, ἢ καὶ μή.  
 πλὴν χαρίων, ἢ γρὼν Ἐξηγήσεων  
 περὶ φερομένην, καὶ μοι ἡμεῖς,  
 ἐπανορθοῦν θέλοντες πάντων διςγραμ-  
 Concil. Tom. 5.

ADVENERVNT Alexan-  
 driam viri aliquot venera-  
 tione ac fide digni, qui pietatem  
 tuam grauiter stomachari, nul-  
 lumque mei lædendi causa lapi-  
 dem non mouere, mihi renuntia-  
 runt. Cupienti autem mihi cog-  
 noscere, vndenam pietas tua in  
 hanc agritudinem incidisset: A-  
 lexandrinus quosdam epistolam  
 illam, quam ad sanctos monachos  
 miseram, circūferre, eamque rem  
 odii & offensionis causam esse re-  
 sponderunt. Ego vero miratus  
 sum maiorem in modum, pieta-  
 tem tuam illud potius nō perpen-  
 disse, secumque reputasse, eas in  
 fide turbas non propter hanc quā  
 scripsi epistolam, sed potius ex  
 quibusdam pietatis tuæ, siue alte-  
 rius sermonibus excitatas fuisse.  
 Quinimo cum chartæ quædam,  
 vel commentarii circumferan-  
 tur, insignem molestiam perferi-  
 mus, quorundam hac de causa  
 peruerlorum emendationi stu-

Q9 ij